re ī camera sicca ⁊ nō frigida vsq3 ad. vi. ho
ras vl̄. vij. ī die nāli. neq3 transcēdat. vij. ho
ras neq3 diminuat a sex ⁊ īcipiat nō stati p⁹
cibū ẜ trib⁹ horis post. ⁊ si pōt nō dormiat in
die imo si nō dormit sufficiēter ī nocte dormi
at in mane. Uitet tristiciā ⁊ irā ⁊ nimiā cogi
tationē ⁊ abstineat a venereijs inq̄ntu3 pōt ẜ
bn̄ assumat alias delectatōes ꝯfortātes aīa3.
Et hoc de regie. ¶ Quātu3 ad vsū medicia
rū ꝑ isto de purgatus est purgatōe vl̄i. ẜ d3
oī āno purgari recipiēdo ꝑ hūc syrupu3. ℞.
oximellis ꝯpositi oximellis sq̄llitici ⁊ syrupi
de asse. q si nō hētur sumat̄ loco ei⁹ syru. de
ysopo an̄. ℥.iij. sticados ysopi asse origani
an̄. ℥.i. buliāt in tribus lib᷑: aque iste herbe
lēto igne cū. ℥.ij. acori vsq3 ad medietatē ꝯsū
ptionē postea colet̄. ⁊ cū ista coluta distēpet̄
syrup⁹ ⁊ clarificet̄ ⁊ suffic̄ ꝑ. vi. vicib⁹. Sū
pto syrupo purget̄ cum istis pillis. ℞. ghiere
dyacolloq̄ntides. ʒ.i. ⁊ suffic̄ sibi ꝑ vna pur
gatiōe: q2 faciliter soluit. Semel aūt in duo
bus mēsib⁹ sumat. ℈.ij. vel. ʒ.i. h⁹ mōi pilla℞.
℞. spē℞ ghiere pigre. ℈.ij. trocisco℞ allada
hal. ℈.i. turbit. g̃.xv. sq̄lle assate. agarici. sti
cados an̄. g̃.xvi. dyagridij. ℈.v. ellebori ni
gri salis gēme. bdellij. an̄. g̃.v. bdelliū dissol
uet in vino ⁊ cera terātur ⁊ cribellent̄. ⁊ ꝯfici
ant̄ ex eis trocisci subtiles ⁊ exiccētur in vm
bra ⁊ postea terātur ite℞ ⁊ ꝯficiant̄ cū melle
passula℞. ita ut fiat sicut pasta ⁊ fiāt pillule.
¶ Sumat aūt in tpibus frigidis de isto ele
ctuario. ℞. bacca℞ lauri pipis sisseleos pi
retri an̄. ʒ.iij. radices peonie. aristologie ro.

aη̄.ʒ.ij.castorei trociscorū de squilla aη̄.ʒ.ſ.
ɔfice cū oximelle sqllitico: ita q̄ sit ad modū
electuarij ⁊ sumat de eo in dictis tpib⁹ oī ma
ne.ʒ.i.vsq̄ ad.ij.tribus horis ante cibū cum
pauca aqua mellis. Et bonū est q̄ omi mēse
bis sumat.ʒ.ſ.pillaꝝ de ghiera simplici qn̄
vadit dormitū. Et ex intuall̄.x.dieꝝ faciat
clistē huiusmōi in mane. ℞.ysopi asse absin
thei aη̄.ʒ.iiij.pulpe colloqntide.ʒ.i.centhau
ree.ʒ.ſ.carthami.ʒ.i.buliāt ī aqua vsq̄ ad
ɔsumptionē dimidietatis. postea colet̄ ⁊ ad
dat̄ ghiere pigre.ʒ.i.olei d̄ rutha.ʒ.iij.salis
ʒ.ij.⁊ fiat clistere. Et ī lecto teneat multā q̄ti
tatē ruhte maiorāe siccaꝝ.ita vt vapor eaꝝ
ɔtinue pueniat ad nares. Et optet q̄ vtatur
masticatorijs ex passulis ⁊ mastice ⁊ pipere
aut de radice piretri. aut fiāt gargarismata
cū attractiōe aq̄ maiorane p nares. aut impo
sitiōe olei de cucumē asinino in narib⁹ aut te
nēdo frustū panis porcini p tres horas ī ma
ne in narib⁹ ¶ Debet aūt lauare caput cum
lixiuio fōtiori factis purgatōibus: ⁊ bn̄ sicca
re. q̄ si vult aliqn̄ ita forte lixiuiuʒ facere q̄
faciat fissuras in cute faciat hoc mō. ℞.cal
cis viue libr̄.vi.cineris cerri fortis libr̄.iij.
ponant̄ in collatoreo ⁊ colent̄ sex libr̄.aque:
⁊ erit lixiuiū forte. q̄ si vult forti⁹ facē id qd̄
est colatū p̄ma vice colet secūda vice.

¶ Confectiōes aūt delectabiles que sūt ɔueni
entes in hac dispōne sūt dyacameron ⁊ pliri
sarcoticon ⁊ aromaticū rosatū ⁊ aromaticuʒ
gariofolatū. ⁊ dyambra ⁊ dyamuscū dulce
⁊ in estate magis ɔuenit aromaticū rosatum
aut plirisarcoticon. reliqua aūt in alijs tpib⁹
¶ Et hec cum auxilio dei puto sibi sufficere in
ista materia.

6. ¶ Vertigo: ymagiatio in oculis ⁊ tenebrosi
tatē visus ⁊ tinituʒ in auribus.

Iste nobilis vir de carpo patit̄
vertiginem ⁊ ymagiationes in
oculis ⁊ visus obtenebrationē:
⁊ īter duo supcilia quasi ɔtinuaʒ quādaʒ tri
stem sensatiōem ⁊ tinitū in auribus maxie in
vna ⁊ cū vult demucare nasuʒ sentit ex auri
bus ventū effūdi p̄cipue ex vna multū spuit
⁊ nocet̄ a frigore. nec sentit arterias artificia
les aut ī tiporib⁹. aut post aures pulsare ⁊ q̄ꝫ
uis in vsu ciboꝝ frigidoꝝ ⁊ viscosoꝝ. sicͣ sūt
pisces pastilli ⁊ caseus. ⁊ siliter in vsu alioꝝ
rerū caput replētiuʒ ḡuetur magis. Et p⁹ de
bitas purgatiōes alleuiet̄. tn̄ v̓tigo nō cessat.
etiā qn̄ sentit stomachū bn̄ digerē ⁊ appetere
⁊ māifeste nocet̄ ab occursu frigidi aeris du
rauit etiā ista passio iam qbusdā annis ⁊ hō
mltaꝝ cogitationū pauce alacritatis niger ⁊
macer ānoꝝ quasi.xlvij.uel circa. Ex qbus
ītelligo q̄ v̓tigo est p ꝓprietateʒ capitis ꝓpt̄
hūores frigidos mixtos ex fleugmate dn̄an
te ⁊ mlīa: ⁊ qn̄q̄ coicat ei tot⁹ ⁊ qn̄q̄ stoma
chus scꝫ qn̄ indebite regit̄. dabo igit̄ sibi cō
siliū ⁊ deus sit dator auxilij.

¶ Dēt ergo p̄mo ꝓuidē q̄ hēat locū sue ha
bitatiōis ī aere tpato declināte tn̄ ad caloreʒ
⁊ siccitatē q̄ si t̄ra sua sit hūida nec pōt illaʒ
pmutare ꝓuideat in tpe hyemis q̄ habitet in
solari alto ⁊ in camera int̄ duo solaria bn̄ sic
ca ⁊ clausa ⁊ calefiat camera cū igne d̄ lignis
siccis. ⁊ si eēnt aliq̄tulū odorifera nō nocētur
⁊ portet caput ɔueniēter cooptuʒ cū pānis.
¶ Scd̄m q̄ camera habeat multos saccos pen
dētes in diūsis locis circa pietes plenos mai
orāne sicce. ⁊ ruthe sicce ⁊ foliorum lauri aut
origani aut q̊rundā ex istis. silr̄ ex se. nigelle
torrefacte ⁊ p⁹ īfuse in aceto ⁊ exiccato. ⁊ silr̄
odor musci ⁊ ābre ⁊ ligni aloes ⁊ gariof. etiā
folij sūt valde ɔueniētes. Et caueat exire ad
aerē frigidū ⁊ hūiduʒ q̄to pl⁹ pōt. ⁊ qn̄ exit
sit bn̄ coopt⁹. ⁊ portet secū in manu sacculū ī
q̊ sint.ʒ.iij.nigelle torefacte ⁊ īfuse in aceto ⁊
p⁹ea exiccate. Et silr̄ sacculi supd̄ci ɔueniūt
i lecto corā faciē suā ut aerē trahat mixtū va
porib⁹ dcāꝝ reꝝ ⁊ nō habitet in t̄reno nec ī
loco fetido ita q̄ studebit q̄ latrinarū vapor
nō īficiat camerā suā ⁊ nō respiciat ab alto ī
ꝓfūduʒ. nec diu r̄spiciat res q̄ circularit̄ mo
uent̄ aut valde velocit̄ ⁊ non stet diu cū capi
pite sub radijs solis ⁊ minus sub radijs lune
maxime dormiendo.

In mane ieiuno stomacho debet laborare et exercere exercitio i quo laborent inferiora. ut pedes et nates et brachia: et in quo caput non multum laborat ¶ Et loco exercitii faciat in mane postquam habuit ventris beneficium fricari corpus cum panis calidis lenibus trahendo ad inferiora et caueat exercitia i quibus caput tenetur depressum aut multum laborat sicut est exercitium scribendi legendi maxime post cibum: et quando est purgatus post fricationes corporis faciat fricari caput lenibus panis non nimis fortiter et faciat pectinari caput et non intret balnea dulcis aque aut stuffas in quibus sit multus vapor aquarum dulcium.

¶ Expedit sibi quod habeat ventrem lubricum potius quam stipticum. Et quia comedere humida non est utile ratione humectandi oportet quod prouideat talia fercula sumere quod habeat omni die ventris beneficium bis vel saltem semel. Et ideo conuenit sibi ferculum de marcuriali cum herbis odoriferis sicut feniculo. origano et euforbio et maiorana. aut de vrtica cum dictis odoriferis. aut de malua si sibi sufficiat. aut comedat ficus siccas ante alios cibos: aut bibat. ℥. ii. ysopi sicci cum aqua mellis vel brodio carnium. aut. ℥. ii. uel circa thimi sicce. aut decoctionem. ℥. i. calamenti montani sicci uel viridis. Cum istis. n. habebit ventrem satis lubricum: etiam si non comedat res valde molles. Et quando ista non essent presentia aut haberent tedium istorum potest recipere clistere commune quod est sibi valde utile. Et quandoque sed raro. ʒ. i. pillularum de hiera de octo rebus ante cenam vel ante prandium. aut quantitatem auellane de bona terpentina duabus horis ante prandium.

¶ Somnus eius debet esse de nocte non de die incipiendo vna hora cum dimidia post cenam et sit in camera vel loco tendente ad caliditatem vel siccitatem absque lumine et capite bene cooperto et bene eleuato: et non interrumpatur si fieri potest. Et incipiat primo dormire super dextro latere. post primum somnum vero vertatur ad sinistrum et quando percipit se digessisse redeat ad dextrum latus: et non dormiat resupinus: nec in loco frigido uel humido. nec capite depresso. et vitetur somnus diurnus maxime post prandium. Sed si de nocte non bene dormiuit dormiat in mane ante tertias. sufficit ergo sibi quantitas somni in die naturali sex vel septem horarum.

¶ In cibis oportet habere diligentiam quod sint potius ad temperamentum tendentes versus calidum et siccum non multum: et quod sint facilis digestionis non multe vaporationis humide ad caput non grossi nec viscosi. ¶ Panis ergo suus sit ex optimo frumento anni sui mundo ab aliis granis maxime careat lolio. et sit frumentum de sana messe et cui non superuenit nocumentum. et fiat de farina habente aliquid minuti furfuris commixtum: et sit panis coctus sufficienter potius parum amplius quam quoquo modo deficiens in coctura et ita fermentatus sufficienter immo excedat quam deficiat. et sit bene pistus et habeat satis de sale. et panes aliorum modorum vitentur. et non comedatur calidus quando a furno defertur immo expectetur quod fumus bene exeuntur a pane nec comedatur post quartam diem.

¶ Carnes conuenientes magis aliis sunt carnes auium precipue perdicis atauegii. fasiani paruarum auium degentium in arboribus et pratis excepto merulo et quallia siue ortigine. Alie non pue auicule sicut fidecula et philomena et pectora rubea et francollini et similes valde conueniunt et pulli etiam in libero loco nutriti mediocriter pingues et mediocriter iuuenes. et columbi volare incipientes non indurati nec antequam pennas compleuerint: et turtures non impinguate super flue precipue iuuenes. Aues tamen aquatice non sunt conuenientes sicut anseres anates et similes. et precipue ille que sunt mali odoris aut dure antique aut valde impinguate. Et de quadrupedibus conueniunt caprioli iuuenes et lepusculi et capretti et vituli parui lactantes et castrati annuales. Agni vero et porci capita et interiora dimittantur nisi quod epata pullorum sunt satis bona. et meliores sunt ex parte anteriori et non comedatur multa pinguedo sed pars rubei de animali mediocriter pingui porcelli nouiter nati etiam omnino vitentur Et meliores sunt ei assate aut cocte super prunis quam elixe.

¶ Pisces melius est dimittere. sed si comedantur sint parui squamosi boni odoris et saporis.

de fluuio habente liberū fundū nō scenosū aut sint de libero mari nō de vallibus aut stagnis ⁊ sint assi aut cocti in vino ⁊ aceto.

Lac est malū isti passiōi ⁊ dimittatur etiā caseus ⁊ si sumitur sit in pua quātitate. Sanguis aīalium est malus ⁊ ea que ex illo fiunt.

Vitelli ouoꝝ gallinaꝝ recētia nō multū cocti siue ī aqua siue in ferculo siue cū cortice siue in frictilio siue cū herbis odoriferis sūt ꝯueniētes. ſ nō debent esse duri uel nimis cocti. ⁊ nō misceatur cum caseo uel cū farina qn̄ coquūtur. Victualia que fiūt de pasta elixando uel assando alr̄ ꝙ̄ faciendo panē sicut pastilli ⁊ lagane ⁊ tartoclee ⁊ silia sunt mala ⁊ iuscula de frumēto ⁊ frumētū elixum sunt mala. tolleratur ptissana ordeacea cū amigdalis ⁊ zuch. ꝯdita: ⁊ similiter ordeū fractum ⁊ far ⁊ brodiū ciceꝝ rubeoꝝ ⁊ nigroꝝ ⁊ reliq̄ grana dimittantur. sicut fabe pisa ſba ipoꝝ cicerū lentes fasseoli cicercule ⁊c. de milio tn̄ ⁊ panico ⁊ rizzo pōt aliqd tollerari in ferculo. sed non sit multū. ⁊ sit coctū cum bonis carnibus pinguibus: ⁊ aliquādo ꝯdita cū amigdalis ⁊ zuch. ⁊ oleo dulci oliuaꝝ uel amigdalarum dulciū. Herbe ꝯueniētes sunt abrothanū ruta saluia maiorana bethonica. origanū calamentū de qbus potest facere aliqn̄ sallaticiū si delectat. ſ lactuca ⁊ portulaca et siles nō ꝯueniunt. appiū ꝑcipue est malū. ſ terfolium ⁊ anetū tollerātur: ⁊ ꝯueniūt ysopus ⁊ chimus ⁊ saturegia ⁊ millefoliū. caules etiā sunt male. borago buglossa endiuia cicorea cocte tollerantur in estate. De radicibus dimittat rapas. napōes. cepas. porros. ⁊ allea ⁊ pōt vti pastinaca domestica ⁊ siluestri: nō in multa quātitate: ⁊ ꝑcipue carotto cocto ⁊ dimittat raffanos tam ante cibū ꝙ̄ post decoctione tn̄ radicū petrosilij ⁊ feniculi ⁊ radicibus pringoꝝ vti potest. Fructus humidi sicut poma. pira. psica. ceresa: ⁊ similes sunt mali sed ficus sicce ⁊ passule ⁊ grana pini ⁊ amigdale ⁊ fistici ⁊ auellane ⁊ nuces tollerantur nō sumēdo tn̄ vnq̄ de fructibus nimiā quātitatem. ⁊ dimittat castaneas ⁊ silliquas mellones cucumeres cucurbitas ⁊ siles ⁊ dimittat ⁊ granata nisi pauca ⁊ citonia nisi ꝯfecta cum melle ⁊ aromatibus. Cappares ⁊ oliue salite sūt satis ꝯueniētes. Fūgos ⁊ tubera penitus nō assumat. Et in cena minus comedat ꝙ̄ in prādio ⁊ nō comedat in cena ferculū neq̄ comedat scd̄a vice nisi ꝑcipiat primum cibum exiuisse de stomacho ⁊ nisi famē habeat certam. nec comedat multiuaria ⁊ diuisa ī eadē mensa sed sit ꝯtētus vna manerie vel ad plus duabus. Et saporibus vtatur cū pipere zinziberis cinamomo gariof. sed nō in nimia q̄titate nec de aceto multū sumat sed potius vtatur sabba aut melle bene cocto aut zuch. ꝓ saporibus cum aromatibus. Potus sibi melior esset aqua mellis ita ꝙ coqueretur mel cum aqua. ⁊ sit mellis libr. .aque libr. viii. ⁊ buliāt simul ꝯtinue remouēdo spumā vsq̄ ad cōsumptōnē tercie partis vel quousq̄ sit clara. si autē bibitis vinū melius est album ⁊ paucifeꝝ ⁊ si sit ꝑmixtū cū aqua mellis est melius. ⁊ omnino sit parcus in potu ꝑcipue in cena: ⁊ caueat vina potentia ⁊ pura.

Caueat ab ira tristicia accidia odio sollicitudīe ⁊ multa cogitatōe ⁊ timore ⁊ sumat gaudium tempate ⁊ caueat a venereis quātum potest. ⁊ hec de regimine.

Descēdendo ad medicīalia certe dico ꝙ ꝯsiderādo ꝙ cum leuibus nō recedat egritudo ⁊ purgandū est cerebrū de fleugmate ⁊ mlia debet vti semel in mēse de istis pillulis. ℞. interioris collogntide dyagridij bdellij. aloes epatici euforbij gumi arabici salis nitri corticum eleboris nigri an̄. ℨ. i. pistentur ⁊ cōficiantur cū succo caulium ⁊ fiant pillule. ⁊ ꝑmo īcipiat capere. ℨ. ſ. ꝓ vice duabus horis an̄ diem. ⁊ dormiat vsq̄ ad diem: ⁊ nō prandeat nisi transactis. vij. horis ⁊ ante prandium per horā bibat. ℥. v. aque ordei cum. ℥. i. zuchari rubei. ⁊ caueat illa die bn̄ a frigore: ⁊ si hac vice bene opentur in sequentibus vicibus sumat tātundē. si aūt paꝝ opantur in scd̄a vice sumat. ℈. ij. ⁊ ad plus. Si iste paꝝ fecerint sumat. ℨ. i. sed nō puto ꝙ sit oportunum

ad.ʒ.i. ventre ⁊ semp̄ quādo capiāt̄ obseruetur bona custodia. ¶ In tēpore internediobis in septimana faciat distere cū decoctione centhauree mioris ⁊ anisoꝝ ⁊ assari ⁊ corticum agarici ⁊ i colatura addat̄ ghiere pigre ʒ.i. olei.ʒ.iij. salis.ʒ.i. ⁊.ʒ.⁊ si distē nō vult saltem sumat cum vadit dormituꝫ pillularuꝫ stomachaꝝ Mesue.ʒ.ʒ. bis in septimana.

¶ Preter istas purgatiōes q̄bus totū corpꝰ purgat̄ ⁊ optet sepe de mane vti aliquo aut masticatorio aut gargarismate deponēte fleugma de cerebro ¶ Masticatoriū bonuꝫ.

¶ R̄ masticis.ʒ.i. origani piretri añ.ʒ.i. ꝯfice formas similes auellanis ⁊ masticet̄ vna in mane ieiuno stomacho p horā spuendo illud qđ ad os venit de fleugmate. Fortiꝰ istud. R̄. masticis.ʒ.i. stafisagrie pipis añ.ʒ.i. misce ⁊ fac masticatoria.

¶ Gargarismata aūt fiūt ex oximelle sq̄llitico ⁊ pipe ⁊ aque maiorane. R̄. oximellis sqllitici.ʒ.i. piperis pistati.ʒ.ʒ. aque maiorane ʒ.iij. gargarisetur in tribus vel q̄tuor vicibꝰ stomacho ieiuno ¶ Lauetur caput semel vel bis in septimana post purgationeꝫ ⁊ postq̄ i p̄cedentibus diebus vsus est masticatorio.

¶ Lixiuiuꝫ bonū. R̄. lixiuij p̄parati pro lauando caput quātitateꝫ sufficientē folioꝝ sene.ʒ.ij. origani. abrotani. calamēti. terfolij añ Ma.i. ⁊ fac bulire sil̄ ⁊ cū istis lauet̄ caput.

¶ Portet in tēpore hyemis sup caput saccullum huiusmodi. R̄. ruthe sicce origani abrothani. calamēti. sticados arabici sauine añ. ℈.ij. gariofll.ʒ.i. nucismuscate.ʒ.ij. musci granas. vi. pistent̄ pistanda ⁊ fiat saccul⁹ aut in sindone rubea. aut in pāno lineo subtili ⁊ portetur abraso capite.

¶ In tēporibus a nouēbre vsq; ad principium Aprilis oībus.x. diebus semel sumat. vi horis ante prandium ieiuno stomacho.ʒ.ij. metridati cum.ʒ.i. aque mellis.

¶ In reliq̄s diebus quādo nō sumit solutiuuꝫ nec sumit metridatū bonū est q̄ oī mane sumat.ʒ.ij. ꝯfectionis de musco dulcis descriptione Mesue. Et in t̄pibus magni frigoris pōt sumere.ʒ.ij. pro vice ꝯfectiōis de piretro descripte a Mesue in capitulo de epilentia. cuius descriptio. R̄. piretri humectati.ʒ.iij. pineaꝝ purgataꝝ.ʒ.ix. ziziberis gariofiloꝝ nucismuscate rubee añ.ʒ.i.ʒ. cinamomi.ʒ.ij.ʒ. mellis despumati q̄tum sufficit ⁊ hoc loco dyamusci dulcis ¶ In vere scꝫ in principio Marcij sumat p̄mo hūc syrupū sex diebus. R̄. oximellis squillitici syrupi acetosi ꝯpositi añ.ʒ.i. aque saluie.ʒ.iij. ⁊ est p vice vna sumat̄ calidus vna hora añ diem ⁊ sup dormiat. ¶ Sūpto syrupo sex vicibꝰ capiat has pillulas. R̄. pillulaꝝ fetidaꝝ.ʒ.i. pillularū alandal.℈.ʒ. fac pillulas cū aqua rute sumātur duabus horis añ dieꝫ cū custodia.

¶ Qꝫ si p ista nō integre liberatur. R̄. calcis viue lib̄. vi. cineris tinctoꝝ lib̄.iij. ponant̄ in colatorio ⁊ post addat̄ aque calide lib̄.x ⁊ colligat̄ aqua q̄ colat̄ tam diu q̄ diu ouuꝫ natat in ea postea dimittat̄. ⁊ cum ista fricet̄ caput prius bene abrasū ita q̄ faciat fissuras ⁊ post ponatur sup caput. aut folium caulis p̄us calefactuꝫ aut folia iari siue barbe aarō siue serpētarie mioris. Et quādo claudūtur fissure fricetur locus de nouo cum capitello. ⁊ ponant̄ folia ⁊ hoc p mensem. Et ista puto cum dei laude sibi sufficere.

¶ De Epilensia ꝯsiliuꝫ septimuꝫ.

Vir egregius Jacobus euāni d̄ Nouaria passus est febres difficiles cuꝫ extennatiōe corporis ⁊ prostratiōe quasi vltima appetitus a p̄ncipio februarij p̄ximi p̄teriti p m̄ltos mēses ⁊ i hoc tēpore inceperūt crura tumefieri: ⁊ redeunte appetitu ⁊ recedente febre p̄seuerauerit tūor qui erat vndimia phlomōides occupās crura ⁊ coxas ⁊ cū hoc ex intuallis sup̄ueniebat erisipila cū rubore pruritu ⁊ vesicatione cutis ⁊ fuerūt sibi facta duo cauteria singulum in singulo talo. ⁊ vesica vna grossa nata est i altero crurū ex quo remāsit vlcus ⁊ p appositioneꝫ fortiū infrigidantiū detumuerūt crura ⁊ ip̄e incidit vehementē emigraneā ⁊ modo

est quarta dies. passus est duos poxismos
epilensie in die vna. ⁊ facta purgatõne remã
sit sine febre ⁊ mitigat⁹ ẽ dolor capitis. ſ; remã
sit grauitas in capite. ⁊ ex interuallis verti-
go. Scribemus ergo hic breue cõsilium pro
eo vtile ⁊ nõ pomposum.

¶ Sumat in cibis pane de frumẽto mundo
⁊ sano bene pistum multũ fermentatuꝫ ⁊ mul
tum coctum ⁊ reliquos fugiat ¶ Carnes su
mat pulloꝝ ꝑdicum fasianoꝝ turturũ ⁊ par
narũ auiuꝫ degentiuꝫ in arboribus ⁊ pratis
boni saporis ⁊ odoris ⁊ carnes edoꝝ ⁊ vitu
lorum lactentiũ ⁊ castrataꝝ aĩalium ⁊ capri
oloꝝ ⁊ aproꝝ iuuenũ ⁊ reliquas dimittat.

¶ Caseum lac ⁊ sanguinem ⁊ multã pingue
dinẽ nõ comedat ⁊ oleũ oliuaꝝ est melius cũ
butiro ⁊ pro ferculo sumat brodium carni-
um vel panẽ coctum uel oua dissoluta in aq̃
cum agresto vel succo arancearuꝫ ⁊ dimittat
legumia ⁊ victualia de pasta ⁊ pultes nisi de
faria ordei aut farris ⁊ ipm ordeũ ⁊ far fcã
ĩ fercul' sũt ꝯueniẽtes ¶ De herbis tm̃ rutha
⁊ maiorana ⁊ origanum ⁊ calamentũ sũt vti
les ⁊ borago ⁊ buglossa ⁊ endiuia ⁊ melissa
tollerant: ⁊ fugiat oĩno apium tanq̃ inimicũ
nature. ¶ Pisces ⁊ granari ⁊ cãcri dimittã
tur etiam ⁊ anguille tam saliti q̃ recentes.

¶ De fructibus põt vti vuis passis ⁊ ficub⁹
siccis ⁊ recẽtibus ⁊ granis pini ⁊ amigdalis
cũ zucharo ⁊ auellanis assatis ⁊ post cibum
citonijs assis aut piris assis in parua quãtita
te ⁊ reliquos fructus dimittat.

¶ In potu sumat vinũ albũ vel pauci colo
ris bene tempatuꝫ cum aqua zucharata ⁊ nõ
suphabũdet in potu neq̃ ĩ cibo ¶ Dormiat
in lecto de nocte capite bene eleuato sup latẽ
bñ cooptus ⁊ etiã somnuꝫ diurnũ caueat. ⁊
sufficiant sibi septẽ hore ĩ die nãli oĩb⁹ pen-
satis. ¶ Prouideat q̄ oĩ die habeat bñfici
um ventris ⁊ nõ satisfaciẽte natura iuuet se
cum clisteri vel suppositorio. Loco exercitij
faciat sibi in mane post egestionẽ fricari bra
chia spatulas ⁊ dorsuꝫ ⁊ nates trahẽdo deor
sum ⁊ postea pectinare caput ⁊ leuit' fricari.

¶ Caueat a coitu ⁊ ira ⁊ tristicia ⁊ assumat
gaudiũ tempatum. Ista sũt descripta de regi
mine dimittẽdo aerẽ quia credo q̄ habitabit
in loco sicci aeris ad leuem caliditatẽ tenden
tẽ ⁊ in tẽpore nebuloso vel pluuioso uel ven-
toso stabit domi in bono lecto clauso.

¶ Veniẽdo ad medicinalia cum erit noua-
rie capiat primo hũc syrupum ꝯsiderãdo q̄
epar habet calefactũ ⁊ sanguiem infectũ collẽ
⁊ fleugmate. ℞. semĩuꝫ cõmuniuꝫ frigidoruꝫ
ʒ. ij. folioꝝ endiuie. M. i. semis peonie. ʒ. ß
sticados arabici. ʒ. ij. fac buliri oĩa ĩ libr̃. iij.
aque vsq̃ ad medietatis ꝯsumptioneꝫ postea
colet' ⁊ in colatura addat' zuch. ʒ. v. mellis
despumati. ʒ. i. clarifica ita ut sit syrup⁹ pro
q̃ttuor vicibus. etiã sumat' calid⁹ in aurora.

¶ Sũpto syrupo ⁊ purget' cum istis pillulis
℞. pillulaꝝ õ ghieralogodion. ℈. ij. sumãtur
duabus horis ante diem cum custodia.

¶ Facta purgatiõe ista sequẽtib⁹ diebus su
mat in mane in aurora. ʒ. ij. hui⁹ electuarij.
℞. plirisarcoticon. ʒ. ij. trium sandaloꝝ. ʒ. i.
misce. ⁊ postq̃ totũ sũpserit reficiat de nouo.

¶ Sed si vrina sua dimittat illã rubedinẽ q̃
habet tũc sumat solũ plirisarcoticõ aut dya
muscũ dulce aut ꝯfectionẽ de piretro descrip
tione Mesue in capitulo de epilẽsia. Iteꝫ in
mane post factã purgationẽ masticet ꝑ horã
mediũ coclear hui⁹ masticatorij. ℞. masticis.
ʒ. i. pipis ĩtegri. ʒ. ß. in granis. Item qñ non
masticet vtat' caputpurgiuꝫ ⁊ sufficit pro isto
trahicere ꝑ nares succũ qui exprimit' a blite
cruda pistata tribus vel quatuor vicib⁹.

¶ Item est ꝯueniẽs dimissis caputpurgio:
⁊ masticatorio gargarizare aquã mellis cuꝫ
pipe ita q̄ ad. i. libr̃. aque mellis ponant'. ʒ.
ij. pipis pistati ¶ Cõuenit etiam quousq̃ ces
sat capitis grauitates sumere in mẽse bis. ʒ.
i. haꝝ pillaꝝ sine quibus esse nolo añ. ꝑtes
equales. In nocte super suo puluinali teneat
huiusmodi sacculũ ⁊ sup illud teneat caput.
℞. folioꝝ ruthe siccoꝝ. ʒ. iiij. semis peonie
radicũ peonie maiorane sicce añ. ʒ. i. gariof.
gallie muscate añ. ʒ. i. ß. fac puluereꝫ. ⁊ sũat'

in sacculo ex pāno lini subtili ita ut extendat super puluinali. ¶ Item de simili puluere liget i pāno subtili. ʒ. ij. cū. ʒ. s. nigelle torrefacte ⁊ teneat in manu ad odorandū in die.

¶ Ultimo nō ptermittat vsū clisteriorum in quibus ponat salte semp. ʒ. i. gherepigre pro vice cum decoctione cōmuni ⁊ oleo ⁊ sale ⁊ post cibū vtat coriādro correcto. De vlcerib⁹ aūt cruriū ⁊ tumore relinqmus cyrurgico suo q secū ibit. ¶ Et hec sufficiāt cum laude dei.

¶ De Epilensia p ꝓprium nocumentū cerebri q̄ pronūciat paralisim ⁊ mlīam.

Dispositio nobilis viri ⁊c. annorum. xxxv. est epilēsia p proprium nocumentū cerebri cui⁹ poxismus tam fortes q̄ debiles cōcomitat stupor sinistre ptis aut quo ad manū magnam tm̄. aut quo ad pedē etiam ⁊ fortes poxismos p̄cedit ⁊ sequtur tremor cordis huius morbi cām ſm ea que ɔprehēdi possunt est humor fleugmatic⁹ a dn̄io. licet aliqñ quedā sit ibi male colere permixtio. Similit ut puto hūorū melācolici q̄ ostēdit ex motu sanguis ad emorroydales venas hora fortiū poxismorum. ⁊ qz ex interuallis mensiū iā passus est tres valde fortes poxismos ⁊ multos debiles ⁊ egritudo durauit iam qbusdā ānis ⁊ est p cerebri ꝓprietatem iudicandum est in dubio magis de timore q̄ de spe. sed ad mitigandū morbū ⁊ ꝓhibēdos morbos quos hic dicta ꝓnūciant sꝫ palasiā ⁊ melancoliā. Uidetur ergo mihi vtendum eē regimine sex rerū nō nāliū ut scribetur infra ⁊ regimen medicinarum. sed hic dimittā regimen sex rerū nō nālium ⁊ pro ɔplēdo ista recurre ad ɔsiliū illi⁹ dn̄e Uicētine quod ē de pfocatione matricis ul epilie.

¶ Descendendo ad medicinalia videt mihi q̄ oi āno bis sit purgādus ordinate semel in autūpno ⁊ semel ante mēsem Aprilis. In autumpno sumat prius hūc syrupū. ℞. epithi florum sticados aā. ʒ. vi. acori ysopi calamenti origani basce calamīti aā. ʒ. ij. s. radicū ⁊ se. peonie aā. ʒ. ij. anisi piretri aā. ʒ. i. s. piperis longi. ʒ. i. ʒinʒiberis. ʒ. s. passularum enucleatarū. ʒ. s. buliant in aqua sufficiēti vsq; ad duarū tertiarum ɔsumptionē. ⁊ in fine colet ⁊ addatur aceti squillitici. ʒ. iij. mellis lib. i. s. ⁊ buliāt quousq; habeāt spissitudiem syrupi ⁊ iterū aromatiʒetur cū cinamomo ʒiʒi. pipis nigri nucismuscate aā. ʒ. i. ligent in pāno ⁊ suspendant dum bulit in syrupo ⁊ de hoc syrupo sumat. ʒ. ij. pro vice cum. ʒ. ij. aque feniculi ⁊. ʒ. i. aque maiorane. ⁊ hoc fiat sex vicibus. ¶ Sumpto syrupo purget die septima cum istis pillulis. ℞. aristologie ro. castorei salis indi siseleos aā. ʒ. i. trociscorum de squilla radices peonie aā. ʒ. i. s. ghiere pigre sticados epithimi aā. ʒ. ij. s. agarici. ʒ. iij. polipodij. ʒ. i. ℈. ij. colloquintide. ʒ. i. ℈. ij. turbith. ʒ. s. mirabolanorum nigrorum emblicorum belliricorum aā. ℈. ij. s. lapidis laʒuli abluti. xxx. vicibus cum aqua buglosse. ʒ. iij. ℈. i. mirabolanorū citrinorum ellebori nigri camepiteos camedreos aā. ʒ. ij. ɔfice cum oximelle squillitico. ex hijs pillulis sumat post dictū syrupū. ʒ. i. s. vel si pīti medico videtur sumat pillularum cochiarum Almansoris. ℈. iiij. ⁊ in die qua sumit farmacū caueat a frigore. Facta purgatione sumat omni mane vsq; ad sex dies oximellis squillitici. ʒ. i. syrupi de sticados. ʒ. s. aque maiorane ⁊ feniculi aā. ʒ. i. s. ⁊ iterū purget sumēdo ex p̄dictis pillulis. ʒ. i. tantū.

¶ Hijs duabus purgatiōibus factis omni septimana salte semel sumat de sero cū vadit dormitū. ʒ. i. pillularum de ghiera Galieni ſm descriptiōē Nicolai: ⁊ p tūc leuissime cenet.

¶ In dieb⁹ in qbus nō sumit pillulas istas ɔuenit oībus duobus mēsibus semel purgari cum giera dyacolloqntidos posita a Mesue in capitulo de epilēsia ⁊ sumat p vice. ʒ. i ad plus: ⁊ aliquādo. ℈. ij ¶ Quādo nō sumat dictas purgationes aut ex poxismo uel alia causa faciat fieri loco pillularum ꝺ ghiera Galieni in vice vna vnū clistere hoc mō. ℞. asse ysopi absinthij aā. ʒ. s. pulpe collogntide. ʒ. ij. centhauree mioris. ʒ. s. buliāt in aq̄

⁊ colet̃ ⁊ addatur carthami.ʒ.i.ſ.olei ꝺ̃ ker
ua.ʒ.v.ſalis.ʒ.ij.fiat cliſtere: ⁊ lȝ multis aliis
modis purgari poſſent iſti videtur mihi me
liores i q̃bus videt̃ ꝯſiderandũ ꝙ tẽpore ma
gni frigoris nõ exhibeant̃ niſi iſirmo pri⁹ qui
buſdaȝ diebus ſtãte in camera calida ⁊ non
egrediẽte extra: ⁊ ſiſr in die farmaci ⁊ die ſe
quẽti. in tẽporibus v̇o magni caloris nõ ſiãt
purgationes niſi cũ pillulis ghiere Sal.ſup
ſcriptis. ¶ In vere circa mediũ Martij vel
fineȝ purgetur ſiſi modo ſicut dictũ eſt de au
tumpno niſi ꝙ paucũ plus põt ꝺ̃ ſolutiuo ex
hiberi. Et hec pro ſolutione ſufficiãt.

¶ Ultra iſtas euacuatiões que ſunt vl̃es eſt
caput poſt duas gñales. Ueris purgatiões ⁊
autũpni ſiſr purgandũ cũ maſticatõijs ⁊ gar
gariſmis itaqȝ ſcribam plura ex q̃bus eligat
magis placita ſȝ aduertat ꝙ quaſi oĩ die añ
prãdium iſtis vtat̃. ¶ Maſticatoriũ vſuale
℞. piretri.ʒ.i.maſticis.ʒ.i.ſ.pulegij origãi
añ.ʒ.ij.piſtentur hec oĩa bene ⁊ fiant ſacculi
ꝺ̃ pãno lineo ad quãtitateȝ auellane ⁊ imple
antur dicto puluere ⁊ bene ſuantur. ⁊ deĩde oĩ
mane maſticet̃ vnus per horã mediã ſpuẽdo
fleugma ad os deſcendẽs. ¶ Aliud. ℞. pire
tri.ʒ.i. ſynapis.ʒ.i.ſ.ſtafiſagrie.ʒ.iij.ſalis
aromatici.ʒ.ſ.maſticiſ cere añ.ʒ.ij.diſſoluã
tur maſtix ⁊ cera ad ignẽ ⁊ cuȝ eis incorpen
tur p̃dicta ⁊ fiant forme ad magnitudinem
auillane ⁊ maſticet̃ omni mane vna p quar
tam pteȝ hore. Quãdoqȝ ꝯuenit gargariſma
⁊ bonũ ⁊ vſuale eſt hoc. ℞. ſinapi.ʒ.i.aceti
fortiſſimi libꝛ.i. aceti quillitꝭ.ʒ.iij.buliant
ſimĺ p quartã ptem hore. Deinde cũ illo fiat
gargariſatio. ⁊ hoc qñ nõ maſticat ⁊ pl⁹ mũ
dificat caput quã maſticatio.

¶ Quia vero p̃ter euacuationẽ oportȝ con
fortare cerebrũ ⁊ digeſtiuã.ideo puto oĩno ſi
bi ꝯuenire ꝙ quãdo non purgat̃ cũ aliq̃ me
dicina ſumat mane tp̃ib⁹ frigidis ⁊ precipue
factis dictis purgationib⁹ maiorib⁹ aliquod
de dictis electuarijs. ¶ Iteȝ vtatur in tempe
hyemis odoramẽto facto ex ambra ⁊ muſco
⁊ roſis ⁊ mace ⁊ garioſꝭ. ⁊ ponatur triplũ om
niũ de cortice citri ¶ Et in tempore eſtatis
odoret roſas ⁊ poma odorifera ⁊ melliſſaȝ ⁊
mellilotũ ⁊ folia mirti ¶ Item cuȝ cibis ſp
ponat ad buliendũ plures ducatos aureos
nouos aurum in alia forma puruȝ ⁊ portet
in manibus iacinctum ligatum in ãnulo.

¶ Et quia ex infinitis ſibi ꝯferẽtibus iudicio
meo omnibus ꝯpenſatis elegi meliora nõ vo
lo cum multitudine reruȝ effectũ ꝯfundere. ſȝ
facio dicẽdi finẽ cũ primũ illos ad quos pti
net auiſauero ꝙ in reb⁹ medicialib⁹ admini
ſtrandis conſulãt medicũ preſenteȝ bone con
ſcientie ⁊ oſtendãt ſibi ꝯſilium ¶ Et hec puto
cum dei laude ſibi ſufficere.

¶ De melancolia nõ ꝯfirmata in venis cere
bri q̃ſi vt mortẽ timeret.

Iste nobilis adoleſcẽs ſequẽ
ti vere erunt duo ãni ꝙ ince
pit triſtari ſine cauſa ⁊ timẽ
ne ꝓpter ſtipticitatem vẽtris
moreret̃. licet nõ multam vẽ
tris ſtipticitatẽ pateret̃ ⁊ ad hoc vẽit mõ ex
vna mõ ex alia cã mortẽ timẽ: ⁊ tãdẽ icepit
plorare de ſe ⁊ cum triſtitia viuere ⁊ adhibi
to debito regimine conualuit ⁊ in autumpno
iterũ excitata eſt fere ſiſis diſpoſitio in triſti
tia ⁊ timore mortis. Et cuȝ in hyeme tepeſce
ret iteruȝ in vere exacerbata fuit: ⁊ ſic poſtea
in autũpno preterito nec apparet fortis rugi
tus nec vomitus nec malicia appetitus: nec
fortis nigredo in corpore. neqȝ venaꝝ pleni
tudo nec reſtrictio emorroydarum: neqȝ eſt
homo conſuet⁹ cibis de ſua propetate melã
coliam generãtibus ⁊ ẽ frigidi cordis nãliter
boni ingenij. etiam in pueritia ſolliciti ſtudij
quietorum morũ macer ⁊ frigidus.

¶ Ex quibus omnibus concludo ꝙ patitur
mliam nõ tñ ꝯfirmatam ꝓpter melãcoliã nã
lem habundantem in venis cerebri cui ſi cõi
cat aliquod mẽbruȝ maxie eſt cor frigidũ ⁊
ſiccum exiſtens. ¶ Apparet ſc̃do ꝙ optet nõ
negligere eius curã imo quãto diligẽti⁹ põt
fieri cito ſuccurrere. quia cura ẽ facilis in pri
cipio ſi diligens adhibeatur. Et infirmus ſit

obediẽs sed in ꝓcessu sit difficilis ⁊ quãdoq̃ ĩpossibilis vt p3 legenti pmaȝ tertij capitulo de mł́ia: ⁊ pmuȝ ↄtinẽtis ꝓportionali capitło ⁊ tertiũ de inferioribus. ⁊ iõ ↄfortãdo illos ad quos ptinet ut cuȝ sollicitudine prosequať: ⁊ cuȝ celeritate ĩcipiant dabo ↄsiliuȝ. Premonendo ne ↄfidant cõualescẽtie que accidit in hyeme: qm̃ postea excitať in vere. Et deus det nobis auxiliuȝ. ¶ Aer sue habitationis sit clarus subtilis vicinus tpamẽto in caliditate. sed humidus. ita q̃ in tempibus siccis irroretur camera cũ aqua ⁊ habitet potius ĩferiora q̃ supiora: ꝫ caueat a grosso ⁊ obscuro ⁊ fetido ⁊ semp habeat lumẽ: etiã de nocte ⁊ nõ ↄuersetur solus: ⁊ caueat vehementiam frigoris ⁊ nimiũ caloris excessum. ⁊ si ponantur odores pomoꝝ ⁊ corticũ citri ⁊ florũ delectabiliuȝ erit vtile. ¶ Exerciteť mane ieiuno stomacho exercitio ambulandi per loca delectabilia iuxta ripperias fluuioꝝ cuȝ delectabili societate in quo exercitia habeat diũ sa diũticula reqescendi ⁊ videndi loca diũsa ⁊ amena: nõ tamen ita exerceatur q̃ multum laboret sed oĩmodã qetem ⁊ loca solitaria ⁊ obscura penitus fugeat: ⁊ breuiter ita ꝓuideatur ut semp sit quodãmodo in negocio aut ambulãdi: aut alicuꝰ ludi honesti aut ↄferẽdi cũ amicis aut ordinãdi viridaria vł́ structuras domoꝝ vel oĩno aliqd faciẽdi in quo tamẽ faciẽdo nõ sit nimiꝰ labor corpis necessarius neq̃ multa cogitatio nec semper vno mõ exercitij teneãtur sed varienť. ¶ Prouideat cum omni diligentia q̃ bene dormiat in camera tpati aeris ad hũiditatem tendentis sed nõ frigidi: ⁊ sit in camera ↄtinue lumẽ satis magnum ⁊ ipse bene sociatus cum persõis sibi dilectis: ⁊ dormiat capite eleuato corpe bene coopto incipiendo sompnum vna hora cũ dimidia post cibũ ⁊ dormiat vsq̃ ad octo horas in die nãli ad minꝰ. ⁊ si potest sit sompnus in nocte aut in mane ante tercias: ⁊ si nõ sufficienť dormit ĩ nocte dormiat etiã in meridie. Qꝫ si ↄtingat ipm̃ incipe vigilare ⁊ non bñ dormire si est ꝓpter causam manifestã re moueatur causa. si vero nõ cum cibis ⁊ potibus ⁊ balneo ⁊ lauãdis ⁊ odoramẽtis ⁊ vnctionibus ꝓuideať ita vt dormiat: ⁊ ego ĩferius describam plura sompnifera ad p̃dictas intentiones ⁊ hoc nullo modo negligať ⁊ ab ipso diligẽter pquiratur. ¶ Etiam est adhibenda diligẽtia maxĩe in alijs tpibus plusq̃ in hyeme q̃ omni die habeat bñficium ventris ⁊ si nõ cum alio iuuetur cum clisteri in q̃ ponatur ghierapigra: aut bibat in mane aq̃ ĩ qua decocta sint absinthei romani. ʒ ij. aut sumat q̃titatem ciceris de aloe rubeo vna hora ante cibũ: aut cũ alijs medicinis leuibus de quibus dicemus infra. ¶ In cibis vero debet cauere a rebus acutis sicut synapi ⁊ ȝĩȝiber ⁊ pip ⁊ allea ⁊ cepe ⁊ porri: ⁊ vina valde potentia antiqua ⁊ a sale ⁊ a rebus vehementer salitis ⁊ a rebus acribus vehementis acetositatis ⁊ a rebus ponticis. Et sit ↄtentꝰ dulcibus nõ vehementis dulcedinis ⁊ insipido ⁊ vnctuoso. Et silr̃ debet cauere a rebus grossi nutrimẽti ⁊ a rebus vẽtosis ⁊ difficilis digestiõis quare pticulariter sumẽdi sũt cibi quos dicaȝ statim. ¶ Sit eius panis ex optima farina minuti ⁊ albi frumenti mundi a rebꝰ extraneis: ⁊ maxĩe a lolio anni sui ⁊ bene munda a furfure ↄfectus cum aqua pluuiali uel currente bene pistus bene fermentatꝰ ⁊ sufficienter decoctus inter pmam ⁊ tertiaȝ diem ⁊ nõ comedatur calidus sicut a furno portatur: ⁊ sit sine sale. ¶ Reliquos autem panes sicut opirum ⁊ azimuȝ vel ex maculato fermento vel ex milio aut ex alijs granis penitus dimittat.

¶ Carnes eius debent esse humide ⁊ facilis digestionis subtilis nutrimenti sicut pulloꝝ ⁊ auiculaꝝ degentium in arboribus ⁊ agnorum ⁊ castratoꝝ animaliuȝ ⁊ vituloꝝ lactentium paruoꝝ. Et dimittantur omnes carnes veteres cuiuscunq̃ generis. ⁊ omnes carnes multum grossi nutrimenti sicut iuuencoꝝ ⁊ hircoꝝ ⁊ porcoꝝ. ⁊ omnes carnes siluestres maxime leporis ⁊ caprioli ⁊ cerui. Sed fasiana femina ⁊ iuuenis ⁊ perdicis iuuenes ⁊

gſquille iuuẽcule preferri ſi habeant ſatis de
pinguedine poſſunt tollerari. Et ſimiliter di
mittantur oẽs carnes multū calide ſicut eſt
precipue caro anatis. ⁊ poſtea caro anſeris
⁊ caro columbi. ⁊ dimittãtur merlus ⁊ ſiles
ꝓpter groſſicieȝ ſui nutrimenti. Turtures au
tem iuuencule ⁊ mediocriter pingues conce
duntur. ⁊ ſimiliter dimittantur epata ⁊ oĩa
interiora excepto epate pulli. ⁊ melius eſt ut
comedãtur elixate ⁊ aſſate ſunt meliores fri
xis. ¶ De piſcibus ſunt ei conuenientes pi
ſces boni odoris ⁊ boni ſaporis habentes car
nes frangibiles. ⁊ debẽt habere has conditio
nes. ¶ Prima ꝙ habeant ſquamas propter
cuius defectum debet fugere anguillas ⁊ mu
renas ⁊ lampredas ⁊ pallamitas ⁊ paſceres
⁊ tũnos ⁊ ſturiones ⁊ ſimiles. ¶ Secunda
conditio ꝙ ſint parui ꝓpter defectũ dimittan
tur magne tẽce ⁊ magni lucij vel carpane ⁊
ſimiles. ¶ Tertia ꝯditio ꝙ ſint de libero ma
ri aut de fluuio currẽte ꝟ nõ de ſtaguo neqꝫ de
vallibꝰ. de lacu vero nõ ſunt ita boni ſed vbi
habuerit inter currentem fluuiuȝ ⁊ fundum
nõ ſcenoſum tollerant̃. Quare põt ſumere de
aqua dulci thymalos ſtrigias varões. aual
lanas. agones lucios. ⁊ etiam trutas. tenche
autẽ ⁊ carpane ⁊ perſici vt plurimuȝ ⁊ ſcar/
due ⁊ tigrij melius eſt ꝙ dimittantur ⁊ come
dantur elixi cum aqua ⁊ vino ⁊ aliquantulo
aceti. Sed de mari meliores ſunt barbones
qui alias vocant̃ trilie ⁊ aurate ⁊ varolli et
menule ⁊ ſardones ⁊ aghioe ⁊ ceffali ⁊ rum
bi ⁊ corni ⁊ ſpinole ⁊ ſimiles. niſi capiantur
in ſterquilineis ciuitatum. Cancri gambri ⁊
omne genus oſtrachoꝝ ſicut conche ⁊ cappe
⁊ vmbelici penitus dimittantur.
¶ Omne genus fungoꝝ ⁊ tubeꝝ eſt penitus
dimittendum. ¶ De granis vero ꝯueniunt
far ⁊ ordeum bene cocta ⁊ rizum tollerat̃ ſi
ſit bene coctum cum bonis carnibus pingui
bus ⁊ aliter nõ. Sed cicera ⁊ fabe ⁊ faſſioli
⁊ piſa ⁊ cicercule ⁊ robillia ſiue ſicca ſiue re
centia dimittant̃ ⁊ ſimiliter milium ⁊ panicũ
⁊ ſuper omnia lentes ¶ Caſeum melius eſt
oĩno dimittere. ſed ſi comedat̃ ſit pinguis ⁊
recens cum pauco ſale ⁊ in pauca quãtitate
reliqui autem penitus dimittantur.
¶ De herbis in tpe eſtatis ꝯuenit endiuia ⁊
cicorea. ⁊ quando non bene dormit lactuca.
Et omni tempe eſtatis cõuenit vti borragine
bugloſſa. ſpinacchijs cicerbita ⁊ tenello. feni
culo ⁊ folijs rapunciliorꝫ ⁊ melliſſa ſiue citro
nella. ſed apium ⁊ petroſillinum ⁊ macedo/
nicum dimittat ꝓpter ꝓuocationem ⁊ maio
rana ⁊ ſiſimbrium ⁊ mentam ⁊ ſerpillum ⁊
mentaſtrum ⁊ origanum. quia participant
acuitate ⁊ omnes herbas amaras debet di/
mittere ⁊ caules ⁊ cappucios ⁊ blitas. quia
ex eis generatur melancolicus humor ⁊ eru
chã: quia corrumpit ſanguineȝ ⁊ ſynapiȝ et
naſturtium pp cauſas prius dictas: ⁊ ſimili
ter dimittat tallos plantaꝝ ſicut teneritates
vitium ⁊ ſparagos ⁊ talia que aliquando
comedunt̃. ¶ Radices quibus vtimur in ci
bis debẽt dimitti ſicut radix petroſilini ⁊ pa
ſtinaca ⁊ daucus ⁊ carotum. quia prouocãt
vrinam ⁊ acuendo ſubtile ⁊ dimittendo groſ
ſum ⁊ rape ⁊ napones: quia ſunt groſſi nutri
menti ⁊ raffani propter cauſam ſuperius di
ctam ⁊ ſimpliciter allea ⁊ porri ⁊ omne genꝰ
ceparum.
¶ De fructibus cõceduntur ei vue recentes
bene mature ⁊ paſſule ⁊ ceraſa ⁊ pruna non
tamẽ in multa quantitate ⁊ poma cocta ⁊ pi
ra poſt alios cibos: ⁊ granata dulcia ⁊ cito/
nia ꝯfecta ⁊ perſica ſicca ⁊ humida: ſed ficꝰ
ſicce denegantur ei ⁊ neſpila ⁊ ſorba: ⁊ corna
⁊ caſtanee: ſed auellane ⁊ amigdale ⁊ fiſtici
tolerantur. ⁊ ſimiliter grana pini ⁊ mellones
non in multa quantitate ⁊ medulle citrulli ⁊
angurie nõ multuȝ excedentur in quantitate
⁊ cucurbite decocte cum bonis carnibus in e
ſtate ⁊ dimittantur oĩno mellorigene.
¶ Vitelli autem ouoꝝ gallinarum ⁊ etiam
ouum totum dum ſunt recentes ⁊ tremuli cõ
ceduntur ei imo cõueniunt ſed multum cocta
qualitercunqꝫ denegantur.
¶ Victualia de paſta ſi ſint fermentata ⁊

liquida sicut fermentini ⁊ similes concedãt aliquando. sed non in ea q̃titate q̃ faciant cadere in opillationes sed macaroni ⁊ guochi ⁊ lagane grosse ⁊ tartode dimittantur ⁊ similia. Et omnino diligentissimum adhibeat studium primo in comedendo res humidas. secundo q̃ sint facilis digestionis. tertio q̃ sint in quantitate qua bene digerantur. nam quãdo sentiret corrumpi cibum in stomacho debet subito vomere ⁊ nullo modo retinere q̃ si hoc non est ei possibile dormiat ⁊ quiescat bene coopertus donec sentiat stomachũ vacuũ. ⁊ tunc premisso clisteri lenitiuo sumat cibum. ⁊ quarta conditio est q̃ nõ sumat secundum cibum nisi digesto primo. Et quinto q̃ sumat in tanta q̃titate q̃ non sentiat in stomacho grauitatem neq̃ eructuationem. Et vltimo q̃ sint tante q̃titatis ⁊ talis q̃litatis q̃ sufficiant ad ipsum inpinguandum. ¶ Potus autem eius debet esse vinum album clarum medie vinositatis pmixtum aliqualiter cum aqua cocta ⁊ potet sufficienter. caueat tamen a superfluitate. vina vero grossa ⁊ nigra turbida ⁊ mustum non bene purificatum ⁊ vina multũ potentia dimittat penitus.

¶ In accidentibus anime est diligentissime prouidendum ne omnino tristetur aut irascatur aut profundet se in cogitatione aut aliquẽ habeat timorem aut odium. sed sit diligentissimum studium in dando sibi alacritatem ⁊ bonam spem ⁊ permutando cogitationes suas quadam die ad vnam rem delectabilẽ ⁊ honestam. Alia die ad aliam. ⁊ hoc aut videndo diuersa ornamenta pulchra uel ioculatoria: aut audiendo sonos ⁊ cantilenas aut in legendo aliquid non difficile sed vel hystoriam vel aliam rem sibi caram. vel odorãdo uel ordinando sibi vestes vel aptando domos ⁊ viridaria ⁊ possessiões ⁊ alijs modis similibus A venere autem cauendum est nisi quãdo ita stimularetur ut neq̃ bene dormiret neq̃ molestiã tolerare possz. ⁊ hec de regimine. ¶ Sed descendendo ad medicinalia sunt quatuor p̃cipales intentiones.

¶ Prima est humectandi cerebrum ⁊ totũ corpus. Secunda est digerendi materiam melãcolicam existentem in venis cerebri ⁊ in corde ⁊ fortassis in toto. ¶ Tertia est euacuãdi quoquomodo dictam materiam. Quarta est faciendi gaudium ⁊ leticiam ⁊ confortãdi cor ⁊ cerebrum vt sint potentia multiplicare spiritum clarum. Et ego distinguam regimina maxie considerando q̃ hic melãcolia aut est ꝑpter mãm in cerebro ꝓprie ⁊ venis eius in vẽtam. aut cũ cõmunitate cordis nõ enim audiui signa cõmunitatis alteri⁹ mẽbri. Et q̃ regimen positũ totum vertitur ad humectandum solum duo hic addam medicinalia pro prima intentione scilicet pro corporis humectatione ¶ Primum est q̃ omni mane anteq̃ surgat a lecto faciat se fricari cum mandilib⁹ leuib⁹ totũ corp⁹ de parte in partẽ et caueat a fricatõne aspera ⁊ dura. secundum est q̃ oĩ mane anteq̃ prandeat ingrediatur thynam aut semicupium plenum aqua dulci tepida ⁊ ibi sedeat in aqua vsq̃ ad vnam horã ita vt non nimium calefiat neq̃ aliquo modo infrigidetur sed sit aqua ex toto delectabilis caloris ⁊ faciat eandem aquam effundi super caput. Et si videretur q̃ nimium vigilasset ⁊ oculi eẽnt cõcaui faciat cum illa buliri plura capita ⁊ pedes agnorum quousq̃ sint bis cocta ⁊ in isto balneetur tepida: ⁊ dum sedet in ea sepe ⁊ pluries super caput effundatur. Et si perseueraret instantia vigiliarum cum predictis rebus addatur ad buliendum lactuce libz. quatuor. capitum papaueris albi numero quadragita violaꝝ libz. i. florum camomille ⁊ aneti ãn. libz. i. s. Et ista sufficiũt ad prouocandum sompnum ⁊ in casu necessitatis ꝑpter nimiam vigiliam intret iterum balneum de sero. Cum autem a balneo egreditur faciat sibi siccari caput cum leuibus mandilibus tepidis: ⁊ nõ multum calidis: ⁊ quiescat in lecto temperate caliditatis quousq̃ exsiccauerit corpus ⁊ pãsauerit.

¶ Quantum ad secundam intentionẽ debet considerare q̃ regimen suprascriptum ⁊ simi

ter medicie humectatiue suprascripte maxie valent ad digerendam materiam melancolicaz plusq̄ possint valere aliqui syrupi. Sz tamen quia euacuatio est facienda in principio veris vel parum ante debet incipere circa .xx^{am}. diē februarij capere hunc syrupum. ℞. syrupi de bissant℔.ʒ.i. mellis rosati colati.syrupi de sticados añ.ʒ.ß.aque buglosse. aque mellisse.añ.ʒ.i.ß.7 ē p vna vice sumat. sex vicibus in aurora. Quantum ad tertiam intentionem que est intentio euacuandi oz q̄ aliquis medicus pspiciat corporis habitudinem 7 precipue venarum. Et si viderit venas valde plenas faciat flobothomari euz de vena cōi extrahendo quantitatem sanguis sm q̄ ei videt̄ cōuenire virtuti. Ego tamē puto iuxta id quod vidi q̄ non indigeat flobothomia.si tamē appareat exuberantia supradicta fiat in meridie 7 fiat larga .vt grossus sanguis egrediatur.nec ad vltiorez flobothomiam procedat. Maxime tamen cōsideret si caruit menstruis.nam eo casu flobothomet omnino antequam sumat medicinam per duos dies. 7 hoc de saphena vel de ambabus saphenis. iuxta tenorem virtutis. Si alias medicinas abhorret sumat nunc hāc decoctionem. ℞. folliculorum sene.ʒ.ij.ß. brodij boni capōis sufficiēter pīguis.ʒ.viij. 7 sic cū sale optime buliat simul bulitiōe vna. 7 post dimittat̄ per totem noctem. 7 mane colet̄ 7 detur aut cū zucharo aut sine vt placet. 7 detur quando vult.si non potest in mane. aut capiat dyacitonitē solutiū i c^{9}.ʒ.i.ß.pōat̄.ʒ.ß.lapidis lazuli subtilissime puluerisati 7 loti cū alijs spēb^{9} dyaconitē. Sz siue flobothomia idigeat siue nō p^{9}q̄ syrupū sex vicib^{9} sūpsit capiat hāc medicinā. ℞. polipodij epithimi añ.ʒ.i.lapidis armeni loti sm artez Mesue in capitulo proprio.ʒ.ß. mirabolanoruz kebuloꝝ 7 indoruz .añ. gra.xxiiij.sticados.ʒ. ij.salis indi.pulpe colloquitide.añ.ʒ.ij.ß.emblicorum bellīricorum añ.ʒ.ij.7.ʒ.i.ɔficiant̄ pillule cuz oximelle 7 dentur ei.de eis.ʒ.i.ß. vna hora ante diem. 7 statim post ipsas potetur lib̄.ß.aque lactis caprini. Et omni mēse vel saltez omnibus.xl.diebus vsq̄ ad medium maij purget semel cū dcis pillulis addēdo in quantitate vel minuendo sm q̄ ex prima vice perceperit esse oportunū 7 sumant̄ cū custodia debita 7 premittendo lauatiū cū aqua ordei 7 zucharo ante prādiū per horā aut cū alia medicina descript℔.

In temporibus autez inter medijs sumat oī mane in principio aurore ieiuno stomacho. ʒ.iij.hui^{9} trifere. 7 si potest sup dormiat. ℞. mirabolanorum kebuloruz indorum 7 bellīricorum.añ.ʒ.i.epythimi optimi.ʒ.ij.pulueris gerepigre.ʒ.ß.confice cū melle emblicoꝝ i.cū melle cocto 7 dispumato in decoctōe emblicorū 7 si videt̄ q̄ cū vsu isti^{9} trifere nimis fluēt venter sumat minorem quantitatem p vice 7 si tedēt eum ista capere cōtinue dimittat p aliquibus diebus 7 faciat clisteria si n̄ habet beneficiū ventris. Et ad hanc intentionem euacuandi conueniunt masticatoria ex mastice 7 staffisagria. Et si contingeret q̄ dictā triferā ephytimi abhorrēt pōt loco eius bibere in mane de aqua lactis caprini circa ʒ.viij. in qua bulliuerit parūper.ʒ.ß.epythimi vel parum minus 7 postea coletur 7 dulcoret̄ cum zucharo 7 bibat̄ tepida in mane. Et ad candē intentionē confert bibere circa lib̄.i.de brodio galli vetusti decrepiti cocti cū sale indo 7 cū polipodio 7 ysopo 7 blitis 7 cardomōi. Item. ℞. folliculorum sene lib̄.v.musti albi dulcis lib̄. CC.infundat̄ sene in p̄dicto musto 7 ibi remaneat per tres menses: 7 post tres menses bibat in mane in aurora circa lib̄.ß.p̄dicti vini cū.ʒ.ij. aque buglosse. Et quia puto q̄ quandoq̄ de lapide armeno non inueniret̄ faciat fieri in isto casu primas pillulas suprascriptas ponēdo in eis loco lapidis armeni similez quantitatē de lapide lazuli optimo 7 bene loto. nec puto q̄ sit oportunū aut cōueniens in eo transire ad ad ministratiōez ellebori nigri. sed si vult pmutar̄ medicias fortes quas dixi sumēdas per totum ver omnibus.xl.diebus semel po

potest loco pillularum suprascriptarum su-mere.ʒ.iiij.confectionis Damech.aut.ʒ.ij. pillularum indarum in vice vna vel parū mi-nus:nisi medicus presens experiretur ventrē eius valde fluxibile: aut virtute: eius valde debilitari.tunc ante oporteret ⁊ quantitatem medicinarum diminuere ⁊ interponere plus de tempore inter assumptionem vnius ⁊ al-terius. ¶ Debet etiam attēdere q in die qua sumit fortia solutiua suprascripta nullomo-do est balneum intraturus. Sed quando su-mit leuia solutiua post eorum operationem. comedat ⁊ postea de sero digesto cibo ante cenam ingrediatur balneum mō superius di-cto. Quando vero non sumit medicinam ali-quam balneetur in mane.

¶ Quantum vero ad quartā intentionem que vtitur ad cōfortationem cordis debet an̄ cibos sumere circa.ʒ.i.p vice in mane ⁊ in se-ro dyamusci dulc.aut electuarij de gemmis.aut confectōis leti-ficantis descriptōe rasis nono almansoris in capitulo de mīa.⁊ ista cōueniunt in tempore frigido. ¶ In temporibus vero calidis fiat huiusmōi confectio ℞.zuchari rosati.ʒ.i.zu-chari violati.ʒ.i.zuchari buglossati.ʒ.iiij.el-lectuarij de gēmis.ʒ.i.confice omnia simul in mortario bene permiscēdo ⁊ addantur.xxx. pānule auri purissimi sumat circa.ʒ.iij.pro vice sumatur ante prandium ⁊ ante cenam.

¶ Itē portet huiusmōi sacculū iuxta cor.℞. feis basilicōis gariofilati corticū citri flo⁊ bo-ragis ⁊ buglosse.ligni aloes crudi.an̄.ʒ.i.ro-sarum ⁊ viola⁊ ⁊ flo⁊ menufaris.an̄.ʒ.ij.fo-lij macis gariofilo⁊ croci gallie muscate.an̄. ʒ.i.fiat puluis ⁊ ponatur in sacculo.de sindo-ne rubea ⁊ teneatur iuxta cor.⁊ ex eode: pul-uere confecto cū aqua dissolutōis dragganti addendo.ʒ.ij.gallie muschate fiat pomū qd teneatur in manu ad adorandum. ¶ Item debet in mane factis purgationibus predictis purgare caput suum cum masticatorijs garga-rismatibus ⁊ caputpurgijs.quandoq vten-do vno.quandoq alio.

¶ Masticatorium vtile ℞.synapi stafisa-grie piperis piretri.an̄.ʒ.i.masticis.ʒ.vi.mi-sce ⁊ masticetur quantitas conueniens de eo p horam.

¶ Caputpurgium in estate potest fieri cum succo blite.⁊ cum aqua maiorane.cauendo a sternutatione nisi corpus sit bene vacuum. ⁊ in hyeme inungendo nares cum oleo cucu-meris asinini interius.

¶ Gargarisma potest fieri cum aceto distil-lato aut addēdo in hyeme in dicto aceto ali-quid de pipere ⁊ vtile ē quod faciat sacculos de folijs rute siccis latos sicut puluinaria sua sunt ⁊ illos teneat sub capite in nocte ¶ Et quia stomachus etiam vehementer leditur. si inungat stomachum sepe cum hoc vngēto calido esset conueniens ieiuno stomacho ℞. olei de spica olei masticini.an̄.ʒ.ij.vini rubei boni libr̄.ß.gariof.macis.cinamōi corallo⁊ rubeo⁊ mente sicce.an̄.ʒ.i.buliāt simul vsq ad vini cōsumptione:.coletur ⁊ addatur lau-dani ⁊ gallie muschate.an̄.ʒ.i.ß.cere parum ⁊ fac vnguentum molle.

¶ In temporibus frigidis portet super ca-put huiusmodi sacculum.℞.sticados arabi-ci.ʒ.ij.rute sicce gariofilo⁊.an̄.ʒ.vi.rosaru: nuc.muscha.an̄.ʒ.i.ß.pistēt ⁊ fiat sacculus i sindone rubea pro tenēdo in capite. ¶ Itē vaporetur meatus sepe ieiuno stomacho reci-cipiēdo fumū vini in quo decoctū fuerit arte-mesie pulegij calamēti an̄.M.i.dauci.ʒ.ß. mirre ⁊ gallie muscate.an̄.ʒ.ß. ¶ Item sepe sibi ponat ventosas postq est purgata ⁊ flo-bothomata super nates ⁊ super coxas iuxta iguina ⁊ sup ventrem sub vmbilico.⁊ quan-doq in pulpis cruriū. Licet multa alia dici possent.puto tamen ista sufficere cum diuio adiutorio.⁊ sit principale fundamentum in regimine ⁊ flobothomia ⁊ purgationib⁹.nā etiam hec sufficiunt pro dolore illo accidente in capite.

¶ Consiliū domini Johānis de Mantua.

De melia nō ꝯfirmata p ꝓpetatē capitl. 10

Iste nobilis vir annorum fere .xxvi. cum multum extra ꝓpriam domū vagando circū iuisset. tandē in Mediolano passus est casus aduersos ⁊ cū tristicia rediuit domū ꝓpriā vbi primū circa medium Martij fere subito passus est capitis grauedinem ita vt vix se teneret cū perturbatione totius ⁊ pauco vomitu sed quibusdam factis purgationibus ⁊ calefactorijs capitis postea bene habuit per estatem.

Sed atumpno sequenti de mense octobris cum loqueretur cū quodā aurifice ⁊ ille quandam rotam seipsam voluentem promitteret facere. diu cogitans in rote compositiōe tandem ad tristitiam ⁊ cogitationem ⁊ timorē sine causa. ⁊ capitis grauitatis ⁊ quendā leuem vertiginem ⁊ tremorē cordis ⁊ vomitus flatum ⁊ quarundam differentiarū materierū collericarum. ⁊ frigus in capite continuum conuersus est. cum quibus tamen vrina rubea vel citrina perseuerabat ⁊ tinitus ī aure ⁊ cogitatio continua suorum nocumentorum ⁊ timor standi in loco obschuro ⁊ difficultas incipiendi somnum. que omnia cum post regimina administrata per hyemē. ver. ⁊ estatis. diminuerent̄. tamen in autumno incēdi videbantur perseuerauit tamen appetitus bonitas ⁊ nullus fuit acetosus vomitus. ⁊ splenem saluum habet. ⁊ vt dicit habuit ⁊ nunc cum ad nos peruenisset diu stetit in hospicio rectus cibis delicatis boni ⁊ clari sanguinis generatiuis. ⁊ quieuit ⁊ gauisus est cū socijs ⁊ iuit ad balnea petoli ꝓpter capitis frigus ⁊ grauitatis. Itaq multum bene vidētur habere ⁊ pinguefactus est. ⁊ boni coloris ⁊ bene dormit. licet sibillus nō ex toto recesserit. nec omnino grauitas capitis. est autem satis pilosus grossorum pilorum ⁊ ad nigredinem declinans. Dispositio principaliter a medico in isto consideranda est principiū melancolie non confirmate cum suis causis.

¶ Item. Recipe staffisagrie piperis. añ ʒ. ij. aque libr̃. i. s. buliãt simul vsqz ad tertie ptis cõsũptionem postea coletur. et addatur oximellis compositi. ʒ. iiij. p gargarizando ieiuno stomacho.

¶ De cattarro et multo sompno. et pparatõe ad colicã. 14

Casus huius Nobilis viri est capitis humiditas cum materia catarrizãte et ad stomachum descendente et faciẽte ipm multũ dormire et propter hoc etiam paratus est ad colicam et ventositatem et retentionem fecũ et timet ĩpinguãi in pcessu etatis et constat consideranti predicta qz ille potest preseruari. quia lapsus est in frigiditate naturalit̃ et humiditate tam fm cerebrum qz fm stomachũ et intestina ad quẽ lapsum sequũtur ista accidentia suprascripta. Faciam ergo consiliuz inuocato diuino auxilio incipiendo ab aere vt decet.

¶ Sit aer sue habitationis calidus et siccus non tamen multũ recedens a temperamento ita qz habitet i camera inter duo salaria aptam ad orientem et permittat in mane aerem per solem rectificari. Et in tempore frigoris calefaciat cum igne lignorum siccorum et confert sibi in estate igredi stuffam siccam ad sudendum in ea. sed non est conueniens stuffa humida et balneatio in aqua dulci tepida. et caueat ventos meridionales precipue et caueat moram sub radijs lune presertim de nocte et intrantiũ p fenestras et non habitet cameram terrenam nec loca ppinqua vallibus et aquis et stagnis.

¶ Omni mane euacuatis superfluitatibus prime digestionis. et secũdo exerceat se exercitio ambulandi et incipiat gradatim et leui ascendendo ad fortius et velotius et duret ad minus per horam et ita qz incipiat fatigari et tunc paulatim remittat motum suum ita qz

tandem quiescat et tunc faciat sibi leuiter fricari caput et tergere.

¶ Debet dormire in loco calido et bene coopertus et habere in capite hora sompni plus quam de die et nullomodo dormiat capite discooperto et sit situs suus cum capite eleuato. Et primo super latere dextro. deinde sup sinistro et in fine super dextro. et dormiat in nocte non in die et sit sompnus circa horas vi. vel. vij in die naturali et non dormiat resuppinus. nec statim post repletionem immo expectet post cibum duabus horis antequam dormiat verum si tempus non habet vt communiter studentes in hyeme sumat cenam leuiorem et parum potet in cena. nec tamen statim post vadat dormitum.

¶ Sompnus autem meridianus est malus et vitet ipsum quantum potest et similiter vitet dormire in loco frigido et humido.

¶ Omni diligentia faciendum est quod saltem aut semel aut bis habeat omni die ventris beneficium et si non cum alio saltem sibi esset vtilimum clistere cum decoctione anisorum et feniculi et blitarum. ana. M. i. et post coletur et in colatura ponatur olei anetini. ℥. iij. gerepigre. ℥. i. salis. ℥. ij. et fiat clistere. Sed si hoc est sibi graue. tunc ponam hic plura quorum vnumquodque est sibi vtile et leue et sine custodia

¶ Primum est ferculum factum cum mercuriali aut cum extremitatibus vrtice coquendo cum carnibus vel oleo. et ad dandum bonum saporem ponendo intus aliquid de calamento aut ysopo aut thimo. aut de alijs herbis odoriferis et sumantur ante alios cibos.

¶ Secundum est capere quinque ficus siccas bene pingues et calefacere ad ignem. et eos in principio prandij comedere. ¶ Tertium est ponere in ferculo vel bibere in principio prandij. ℨ. i. ysopi sicci. Quartum est vtilius pro eo s. capere in prandio. ℨ. i. thimi sicci in brodio carnium aut in aqua mellis. ¶ Item loco istorum potest sumere quantitatem ciceris de aloe.

¶ Item hoc est vtile. ℞. medule cartami. ℥. i. medulle ficuum siccarum pinguium. ℥. x. pistentur simul in mortario ita quod totum appareat vnum electuarium et de eo capiatur quantitas nucis in introitu prandij aliquo enim istorum vtatur ad hoc vt venter sit lubricus conuenit etiam primum brodium caulium bene coctorum et primum brodium lentium.

¶ Cibus autem eius debet esse tendens ad caliditatem et siccitatem non multum et abstersiuus subtilis facilis digestionis non ventosus non viscosus. et ideo panis eius debet esse ex bono frumento anni sui factus ex farina non exquisita munda a furfure et debet esse fermentatus et coctus multum et habens aliquid salis et anisorum secum commixtum et non comedat calidus vt defertur a furnio nec post quartam diem et fugiat panem azimum et non bene coctum et panem aliorum granorum precipue fabarum.

¶ Carnes sibi conuenientes sunt edorum et capriolorum lactentium paruorum maxime inter quadrupedes et tolerantur porcorum siluestrium iuuenilium et castratorum animalium et cuniculi et iuuenum ceruorum. Male autem sunt boum et caprettarum et pecudum porcorum domesticorum et agnorum. ¶ Inter aues autem meliores sunt paruarum auium degentium in arboribus. et pratis et columbarum volare incipientium et perdicum et turturum pullorum et fassianorum iuuenum. sed dimittantur anseres et anate et carnes alie auium aquaticarum et grues et ciconie et meriguli et vniuersaliter carnes multum veteres aut multum nouiter nate et interiora excepto epate pulli et capita omnia dimittantur et colla. et melior est pars anterior versus cor. et in anteriori melior est dextra et caro rubea melior est pingui valde debent tamen esse animalis sani et mediocriter pinguis vitelli ouorum gallinarum recentium et non multum cocti sunt boni siue per se sumantur siue cum aliquibus herbis odoriferis siue in ferculis et cum alijs modis suarum preparationum et sunt meliores si cum aromatibus sumantur.

¶ Sanguis animalium coctus non est bonus

lac tolleratur in estate et solum acceptū cū mel le aut zucharo sed tamē melius eēt dimittere Et caseus tam recens q̄ salitus est malus. potest tamen parum quid loco saporis in ferculis ponere et parum post cibum comedē.

Inter grana et legumina pauca inueniunt conuenientia sunt enim fere omnia ventosa. sed tamen brodium cicerum est vtile et tolleratur far et ordeum et panicum et spelta: et debet sumi cum pipere vitande sūt fabe cor̄ cicecerū lentes. rizzum frumentum.

De herbis conueniunt maiorana menta origanum petrosilinum macedonicum serpillum absintheum abrothanum rutha artemesia. calamentum pulegium sinsibrium ysopus thimus saturegia matricaria. herba sancti Johannis saluia et similes et tollerantur borago buglossa. mellissa. blite. spinachia. p̄sertim mixte cum odoriferis. sed mala est lactuca papauer portulaca solatrum. caules autem habēt conueniens brodium. sed rappicie nō sunt boni nutrimenti.

De oleribus vitet raphanellos et rappas. et nappones et pastinacam et cepas et porros. Ista enim generant ventositatem et nō resoluunt eas. Sed potest vti aleo q̄ licet ventositatem generet. tamen plus dissoluit. et dimittat cucurbitas: et cucumeres: et capiat caperes salitos et anetum et enulam radicem rorsmarinum. Sparagos etiam cum pipere tollerare potest. Fungos et tubera omnes fugiat omnino.

De fructibus cōueniunt ficcus sicce et vue passule et grana pini. raro autem alij conueniunt nisi grana iuniperi et oliue salite et bacha lauri sed sunt male ficus recentes et vue recētes. Pisces nō sunt boni in se sed sumant cum aromatibus scilicet pipere et pauco aceto et sale et sint parui squamosi habentes et ex fluuio bone aque aut libero mari. et similiter saliti sint huius conditionis. Cancri et gambri comedantur simili modo: et nō vtatur in vna mensa multa varietate ciborū. Si tamen vti contigat: tunc preponat subtiles et fluidos et minus ex toto edat.

Potus si vis sit vinum album paruū aut temparatum cum aqua: et si nō habet album sit pauce rubedinis: et sit oīno paruum et fugiat vina potentia.

In accidentibus anime potest libere quādoq̄ irasci: et cogitare et meditari sed ieiuno stomacho caueat bor̄ superfluitates. et hoc de regimine sex rerum nō nālium.

Sed quia multiplicat flegmata multum in capite et in stomacho. ideo nō sufficit sibi ad integram p̄seruationem solus vsus debit⁹ vite in sex rebus supradictis precipue cum nullus fere ita ad ymaginem regimen facere possit maxime studens. Et ideo puto q̄ in veris inicio scilicet in mense Martij sit purgandus capiendo hunc syrupum. ℞. syrupi acetosi cōpositi oximellis quillitici aā. ℥. ß. mellis rosati collati. ℥. i. detur cum. ℥. iij. decoctionis ex aniso feniculo cinamomo et pipere quorū vniuscuiusq̄ sit. ʒ. i. et bulliuerint in lib̄. i. aq̄ vsq̄ ad medietatis consūptionem.

Sumpto syrupo purget sumendo has pillulas: et sunt cum bona custodia. ℞. pillular̄ cochiar̄ pillular̄ fetidar̄ aā. ʒ. ß. fiāt vij. et sumant in vice vna in aurora et ea die caueat a frigore et nō comedat nisi transactis. vi horis post ear̄ assumptionem. et ante cibum per horam bibat. ℥. iiij. aque calide cum. ℥. i. zuchari rubei. Similē purgationem faciat circa principiū Octobris.

Et vtatur in ferculis suis istis aromatibus de quibus in tempore frigido ponat in bona q̄titate. ℞. anisor̄ cinini seminis feniculi. aā. ℥. i. galange ʒ. ß. gariof. cinamomi aā. ʒ. iij. croci. ʒ. i. pipis albi et longi aā. ℥. ij. zinziberis albi. ℥. i. pistent et fiant spēs in puluere pro ferculis.

Item ante prandiū tempore hyemis si nō sufficit ad ventositatem remouendam et inflatione sumere spēs dictas sumat. ʒ. i. dyatrion pipereon. Item fortius est dyaspoliticon q̄

sic fit. ℞. seminis rute piperis albi ⁊ longi ⁊
⁊ nigri. an̄. ʒ. ij. salis nitri. ℥. ß. mellis ꝙ suffi
cit. ¶ Item fortius est electuarium de bacis
lauri ⁊ conueuit sibi multum ad omnes inten
tiones suas catarri collice ⁊ diminuende pi
guedinis sumere semel in mense has pillulas
Recipe piperis nigri albi ⁊ longi gariof. sa
lis indi origani zinziberis cardamomi cina
momi seminis peonie. an̄. ʒ. i. ß. mirabolano
rum nigrorum. ʒ. iij. aloes ad pondus omniū
⁊ fiant pillule cum aqua rute ⁊ sumantur. ʒ. i
cum vino albo bono ante cibum ⁊ sunt sine
custodia. ¶ Si autem videtur sibi ꝙ male
educant tunc capiat de istis. Recipe mirabo
lanorum citrinorum seminis althee rosarum
siccarum. an̄. ʒ. ij. lingue auis granorum pini
seminis eruche. zinziberis. piperis longi mira
bolanorum nigrorum belliricorum seminis
spagi seminis vrtice piretri squille assate. an̄.
℈. ij. aloes turbit. an̄. ʒ. ß. dyagridij. ℈. ß. cro
ci. ℈. ij. cōfice pillulas cū aqua rute sumat. ʒ.
ß. vsqȝ ad vnam ⁊ sunt mutabiles.

¶ Confert etiam sibi masticare in mane
masticem ⁊ piper ⁊ zinzi. ⁊ piretrum vnum
quodqȝ sigillatī. aut oīa simul ⁊ spuere illud ꝙ ad
os vēit de hūiditate. Facē ēt sibi corrigiaȝ de
intestino lupi ē valde vtile ⁊ fere iuxta carnē.

intestinum lupi

¶ Et quia fortasse pillulas nō faciliter sumit
ideo loco pillulaꝝ vellet capere confectiones
solutiuas in vere ⁊ autumpno loco illaꝝ pil
lularum que supˢ scribuntur sumendo post sy
rupuȝ potest vti hac medicina ℞. ellectuarij
indi. ʒ. ij. dyasiniconis. ʒ. ij. ß. distempera cū
hac decoctiōe ℞. mirabolanoꝝ citrinoꝝ em
blicoꝝ an̄. ʒ. i. ß. passulaꝝ. ℥. i. anisoruȝ feni
culi dauci an̄. ʒ. ß. fac bulliri in. libr̄. i. aque
vsqȝ ad tertiam partem remanentis. Et si po
test vtatur ī mense bis clisterijs huiꝰmōi ēt si
natura mediocriter responderet ℞. anisoruȝ
carui ameos dauci an̄. M. i. cartami centau
ree minoris an̄. ʒ. ij. fac bulliri in libr̄. iij. aque
vsqȝ ad ꝯsūptionē medietatis ⁊ cola ⁊ adde
olei anetini. ℥. iij. gere pigre. ℥. i. sal ꝙ sufficit.

¶ Si vero dolor inuaderet statim a princi
pio faciat hoc dictum clistere ⁊ si sufficit be
ne est si autem nō sufficit iteretur ⁊ venter ca
lefiat cum pannis calidis ⁊ cum spongia in
fusa in aqua decoctionis camomille aneti mel
leloti. ⁊ anisorum ⁊ postea expressa ⁊ calida
posita super ventrem ¶ Et inungatur venter
cum oleo anetino calido aut de oleo rosaceo

¶ Si autem ista non sufficiunt tunc fiat cli
stere dictum ⁊ loco gerepigre ponatur gerelo
godion. ʒ. iij. ¶ Ad vltimum si alia clisteria
non sufficiant tunc ℞. gallum decrepitū au
dacem ⁊ fac mori ꝑliando ⁊ post decolletur
⁊ euisceretur ⁊ deplumetur ⁊ cum. ℥. i. ß. car
tami. ⁊. ℥. i. polipodij ⁊. M. i. cētauree mino
ris ⁊ anisorum feniculi dauci. an̄. ℥. ß. in. libr̄
xxv. aque vsquequo redeat ad quintam. ⁊
de brodio tolle libr̄. i. ß. olei anetini. ℥. iij. ge
relogodiō. ʒ. ß. salis gemme. ℥. ß. fac clistere
Si vero dolor fiat fortis tunc fiat balneum
in thina cum decoctione rerum ex quibus fie
bat primum clistere tante quantitatis ꝙ pos
sit in eo sedere vsqȝ ad vmbilicum ⁊ ibi sede
at per mediam horam si potest tollerare ⁊
post dormiat bene coopertus.

¶ Et si alia non conferunt veniendum est vl
tima ad narcotica. s. ꝙ detē sibi. ʒ. i. filonij ro
mani aut. ℈. quatuor cum vino albo potenti
eo existente in balneo vel extra. ⁊ tunc pꝰ nō
comedat vsqȝ ad. v. horas ⁊ cibus in tempo
re doloris sit pauce quātitatis sicut vitelli ouo
rum vel pullus contusus ⁊ potus sit vinuȝ al
bum potens purum. Et si clisteria non suffi
ciunt. aut ea abhorreret loco clisteriorum po
test sibi supponere suppositoria longo huius
modi. Recipe gerelogodiō. ℥. i. fac ex ea ad
ginem suppositoria sicut fiunt de melle ¶ Et
quando per clisteria habuit beneficium ven
tris si videtur ꝙ materia sit supra timore su
mat hanc medicinam Re. dyasinicōis. ℥. ß.
pulpe cassˀ. ℥. i. distēperetē cū decoctōe anisoꝝ
carui ameos ⁊ dauci ista vidētē mihi sufficereˀ

¶ Quando vultis caput lauari faciatis bu
liri in lixiuio has res ℞. asari folioꝝ sene sti
chados arabici an̄. ʒ. i. ista sufficiunt ꝑ vna

vice. Et si non habent̃ ista faciat bulliri. M. i. edere aut ꝙ melius est maiorane ⁊ saluie. añ. M. i. ⁊ ista puta cũ dei laude sibi sufficẽ.

15 ¶ Contra fluxũ cattarri ꝑter nãlez. 15

Fleugmatis a cerebro diuisiuũ ⁊ ꝑ suaȝ nãlissimaȝ regionẽ vȝ ꝑ nares mũdificatiuũ virtuti familiare. ℞. aquaꝝ maiorane. ℥. ij. ʒ. succi foliorum blitis ℥. i. nucismuscate. ℈. i. zucharicãdi puluerizati. ℥. ʒ. misce. ex hac mixtura tm̃ tepida ⁊ nõ calida nec frigida attrahat ꝑ nares bis vl' ter stomacho ieiuno successiue in mane ad libitũ ꝑ vnam horaȝ ante cenã semel. in singulis ꝟo diebus si ipo catharro molestet̃ hoc vero me dicamen nõ vtat̃ tpe calido.

¶ Fleugmatis diuersiuũ prior imediate effi/catius ℞. medicamis suꝑscripti. ℥. iij. mellis mundi. ℥. ij. si ꝟo medicamen ꝯgruit aliqualiter efficatius priori ꝓximo tunc ex mixtura hac tm̃ tepida attrahat ꝑ nares ⁊c. ut supra de ipso alio medicamie ꝓximo.

¶ Diuersiuũ flegmatis a cerebro. ⁊c. vt ime/diate supra priori immediate efficatius. ℞. medicaminis immediate suprascripti. ℥. iij. mãne electe. ℥. ʒ. misce. Si vero medicamen cõgruit aliquantulũ efficatius priori imme/diate tunc ex hac mixtura tantum tepida ⁊ non calida neqꝫ frigida attrahat ꝑ nares. ⁊c. vt hic supra de ipo alio medicamine postea.

¶ Cerebi confortatiuũ ipius catarri grossi digestiuũ ⁊ resolutiuũ. ℞ spẽrum dyamusci dulcis. ℥. ij. dyambre. ℥. i. cubebarũ. ℈. i. mel legette. ℈. vi. zuch. tabãzeth albissimi triũ co ctarum. ℥. x. puluerisanda puluerizentur sub tilissime. deinde cum aquarum maiorane feniculi. añ. quantũ sufficit fiat cõfectio solida in morsellis triũ. ℥. ꝑ quolibet morsello.

¶ Istius ꝯfectiõis assumat vnũ morsellũ in mane cũ surgit duobus diebus in singula ebdomoda ⁊ post ipius assũptionez stet ieiun⁹ horis tribus admin⁹. hac vero ꝯfectiõe taliter vtatur tempore frigido ⁊ nõ calido.

¶ Cerebri ꝯfortatiuũ ⁊ est ꝓprium ℞. mi/rabolanũ kebulũ vnum scꝫ ꝯditũ. Istud mirabolanuȝ assumat in aurora uel ad libitum in mane cum surgit semel in singulo mense. ⁊ post ipsius assumptionẽ stet ieiunus horis q̃tuor. Hoc medicamine vti põt quocunqꝫ tẽpore ãni. Nota ꝙ i vno alio suo ꝯsilio addit hoc solutiuũ ℞. pillulaꝝ de gera simplici. ℈. ij. agarici. ℈. i. agaricus ipe in frustra minuta diuisus ⁊ nõ pistat⁹ infũdat̃ ꝑ horas. vi. ad minus in oximellis simplicis q̃tuȝ sufficit ad ipãs sil' icorpandũ in mõtario cũ pistello ⁊ si ne igne reformẽt̃ pille. vij. ꝑ. ℥. Istaꝝ pillaꝝ assumat in aurora a tribus vsqꝫ ad. v. ad li/bitum. aut ad libitum in mane cũ surgit. sed tamen in aurora melius ⁊ post ipaꝝ assumptionẽ si ipas assumat in aurora stet in lecto ꝑ horam cuȝ dimidia ⁊ interim dormiat si põt sed non amplius vna hora. ⁊ tunc post earũdem assumptionem stet ieiunus horis quin/qꝫ ⁊ nõ assumat aliqd̃ lauatiuũ sȝ i dicto ter mino quinqꝫ horaꝝ prandeat. Et ꝓ ferculo comedat in ipo prãdio blites cũ boragine ⁊ feniculo petrosilio ñ abiecta prima aqua ebu litionis ipꝫrum herbaruȝ sed in ipa aqua co ctas. ¶ Itẽ laudabiles carnes comedat vt pulli ꝑdices ⁊ fassiani edi vel vituli ⁊ similes carnes laudabiles vel quasi. ¶ Si vero ipas pillulas assumat in mane cũ surgit tũc p⁹ ipa rum assumptionẽ nõ dormiat sed stet ieiunis horis quiqꝫ. Istis vero pillulis vtatur semel in singula medietate cuiuslibet mẽsis ꝑterqꝫ i magno caumate ⁊ frigore.

¶ Consiliũ suprascriptum nõ est Hugonis sed Cermisonis ⁊ interpositũ est ꝓpter malaȝ calculationẽ impressoꝝ ne staret vacuũ.

16 ¶ De obscuritate visus. 16

Dispositio isti⁹ spectabilis viri ãnoꝝ. xlviij. naturaliter i iuuẽtute colerici ⁊ nũc ꝑ adustionẽ i melãcolicã ꝯplexõez trãseũt ẽ obscuritas visus ita ꝙ i loco nõ bñ claro ⁊ cũ sol ab orizõte recedit ñ vidȝ bñ ⁊ huius cãȝ puto grossiciẽ vaporꝝ aduftoꝝ oppacoꝝ q spũi visiuo ꝑmiscẽtur nec ẽ lõgiquũ ꝙ huic dispositiõi cõiungat̃

corrugatio cornee que solet in senectute plurbus accidere. primo ponā regimē rez nō nāturalium qualiter debet esse in eo. secundo addam medicinas.

¶ Sit locus sue habitationis in aere subtili vel si venetijs habitare intendit habitet in camera transpirabili a ventis ita q quādo non est in ea faciat aperiri fenestras vt libere euentetur ⁊ non sit aer valde calidus immo ad temperamentū in caliditate deueniat nec sit multum luminosa nec multum obscura. Nam intueri res luminosas ⁊ splendentes ē ei nociuum ⁊ ita nimia obscuritas loci habitationis ⁊ cum est in studio faciat q oculi non offendant a lumine sit aūt camera depicta viridi colore non albo. ⁊ ita fenestre hyemales de pāno sint depicte viridi ⁊ si vitreate sint vitreum obscuro viriditatis ⁊ sit sine fumo vento vel puluere.

¶ In cibis vtatur pane facto ex farina frumenti mūdi a rebus extraneis ⁊ maxime a lolio vel zizania ⁊ sit frumentum anni sui. ⁊ sit collectum de sana messe. ⁊ sit farine aliqd furfuris mixtum ⁊ sit panis conuenienter coctus ⁊ bene fermentatus panem aūt azimum aut non bene coctum non comedat.

¶ Inter carnes sumat illas q̄ sūt subtiliū humorum generatiue. ⁊ non grossorum aut viscosorum nec sint multarum superfluitatū ⁊ si cū hoc haberent ppꝛietatem acuendi visum esset melius. Eligat carnes auium potiꝰ q̄ quadrupedum sicut pullorum columbarū siluestrium volare incipientium turturum. ⁊ comedantur tam pulle q̄ columbi ablati capitibus ⁊ collo. Nam ista sunt vitanda quia visum obtenebrant. conueniunt etiam carnes perdicum faxianorum ⁊ paruorum auium. precipue tamen conueniunt carnes auiuz rapaciū ppꝛietate sicut nixi accipitris vel a sturis falcōis nocdue bubonis ⁊ istaz carniū elissarum brodiuz bibere. Sed aues aquaticas carnes habent malas. ⁊ ideo fugiat omnes. Carniū autem quadrupeduz conueniunt capretti vituli pui lactentis castrati anualis ⁊ ñ comedat interiora sicut ventrem ⁊ similia nisi comedere aut cerebrum perdicis aut epar capre. vel hyrci assuz aut elissi. Nam ista ppꝛietate remouent visus obscuritatem fugiat carnes valde veteres ⁊ salitas ⁊ porcoruz ⁊ aliorum animalium nouiter natorum sicut agnorum ⁊ siluestrium carnium vsus non cōuenit sicut leporum ceruorum ⁊ capriolorūz ⁊ aprorum ⁊ tassi ⁊ vrsi.

¶ Pisces omnes vitet ⁊ cancros ⁊ ostracha ⁊ anguillas. Serpentuz caro preparata vt fit in leprosis multum conuenit.

¶ Inter oua menti habeat q oua columbarum recentia sunt multi iuuamenti cum bibūtur aut comeduntur decocta cum rapis.

¶ Item oua gallinarum sunt iuuantia. s. vitelli elissati. Caseum ⁊ lac vitet oīo.

¶ Granorum sumat brodiū cicerum ⁊ speltam ⁊ ordeuz sed fugiat alea ⁊ precipue lentes ⁊ fabam ⁊ faxiolos. sed etiam in omnibꝰ fugiat lolium siue zinzaniam.

¶ Fructuuz conueniunt grana pini in vino granatorum infusa. vel in succo pomorum s tolerantur ficus et vue bene mature. non in multa quantitate pira cocta cotana. Sed caueatur in summa omnium humidorum fructuum multitudo ⁊ castanee ⁊ auellane ⁊ nuces cum in multa quantitate sumuntur nocēt potest autem piponibus aliquibus vti ñ multum. sed omnino fugiat mellonigenas papauere. sed pruna et psica ante cibum sumere. potest aliqua amigdala vero post cibum. ⁊ aliqua nespila ⁊ sorba ⁊ odor pomoruz odoriferum multum confert.

¶ Ex oleribus valde conueniunt. Primo rappe de qbꝰ comedat quasi semper. Secundo nappones. Deinde verbena. betonica. celidonia. menta. ruta origanum. maiorana ysopus. thimus in saporibus ⁊ vz satis s abstineat a lactuca bassilicone. caulibus bletis. cepis porris alleo raffano ⁊ vniuersaliter ab oībus acuminibus.

¶ Non comedat victualia de pasta: nec tor

tas nec suffocata in patellis.

¶ Non multum se repleat immo a mēsa recedat reliquijs famis adhuc remanentibus.

¶ Potus sit vinum album vetus cū aqua mixtum aut vinum per se non nimium potens ⁊ non vtatur multo potu aque vł vini.

¶ Procuret omni die habere ventris beneficium. Et post illud exerceat se ⁊ post exercitium cōmune faciat fricari caput ⁊ pectinari ⁊ hoc nullomodo dimittatur. ¶ Duret autem exercitium vsquequo sentiat se calefieri ⁊ vaporare ⁊ legat ieiun⁹ lrās magnas ⁊ caueat legere puas lrās ⁊ minutas.

¶ Nullo mō dormiat de die ⁊ ī nocte dormiat ad minus septē horis ⁊ sit somnus post comestionem saltem duabus horis ⁊ dormiat bene coopertis pannis super sinistro latere ⁊ capite bene eleuato ⁊ habeat iuxta se in lecto multum de maiorana siue sicca siue viridi. vt odor per totū correspondeat.

¶ Caueat dolorem ⁊ angustiam ⁊ cogitationem ⁊ vtatur gaudio ⁊ leticia moderata. Et hoc de regimine.

¶ Uidetur mihi quod vltra hoc regimen faciatis omni anno duas purgationes. vnā in mense Aprilis aliam in mense Octobris ī primis medietatibus dictoꝝ mensium ⁊ fiat hoc modo. In mense Octobris sumat prius hunc syrupum. Re. syrupi de epythimo. ℥. iij. mellis rosati colati syrupi acetosi ꝯpositi syrupi violati añ. ℥. i. aque feniculi libr̄. i. fiat syrupus clarificet̄ ⁊ aromatisetur cum nuce muschata ⁊ est ꝑ quatuor vicibus.

¶ Sumpto syrupo sumat istas pillulas. ℞ pillulaꝝ octomerarum descriptione Nicolai pillulaꝝ cochiaꝝ añ. ℈. ij. sumantur post syrupum cum custodia.

¶ Sed in vere sumat hunc syrupum ℞. syrupi acetosi compositi. ℥. iiij. mellis rosati colati. ℥. ij. aque feniculi libr̄. i. ⁊ fiat syrupus ꝑ quatuor vicibus.

¶ Sūpto syrupo sumat has pillulas Re. pillulaꝝ cochiaꝝ. ʒ. i. pillulaꝝ fetidaꝝ. ℈. i. ⁊ habeat̄ diligens custodia illo die a frigore ⁊ vento.

¶ Item oportet ꝙ interpollate de mense sꝫ saltem bibat decoctionem. ʒ. iij. folliculoꝝ sene in brodio caponis aut galline ita ꝙ recipiatur de dicto brodio libr̄. i. ß. ⁊ coquatur cū eo sene. ʒ. iij. vsqꝫ ad consūptionē medietatis brodij ⁊ addatur piperis cinamomi añ. ℈. i. salis. ʒ. ß. deinde coletur ⁊ brodium bibatur in aurora.

¶ Si aborreret huiusmodi brodiū sumat semel ī septima. ʒ. i. pillularū degera galieni in sero quādo vadit dormitum. ⁊ modicū cenet ꝑ illo sero.

¶ Tempore hyemis in mane quādo nō sumat medicinam sumat aut. ʒ. i. thyriace post stet vij. horis sine cibo aut. ʒ. i. trifere minoris descriptionis Mesue cum. ʒ. ß. pulueris eufragie sicce. Conuenit etiā sibi si vtatur electuario isto. ℞. seminis feniculi. ℥. ij. ß. eufragie. ℥. i. macis cubebe cinamomi piperis longi gariof. añ. ʒ. ß. mellis dispumati libr̄. ß. succi feniculi cocti ⁊ depurati. ℥. ß. succi celidome similr̄ cocti ⁊ depurati. ʒ. ij. pistāda sbtilissime pistentur ⁊ cum melle ⁊ succis fiat electuariū de quo sumat. ʒ. iij. in mane cum vino albo. ⁊ hoc bis in septimana.

¶ Item in mane sepe vtatur masticatorio masticis ita vt multū spuat aut fiat hoc modo. ℞. piretri. ℥. i. pipis. ℥. ß. ʒinʒi. ʒ. iij. pistētur sbtilissime ⁊ fiāt postea sacculi ex panno lineo nouo ad magnitudinem auellane ⁊ predicto puluere impleantur ⁊ suātur stricte vndequaqꝫ ⁊ omni mane masticetur vnus per mediam horam spuendo illud de saliua ꝙ ꝑuenit ad os.

¶ Item quando nō sumit alias medicinas sumat in mane aceti squillitici. ʒ. ij. addendo dietim vsqꝫ quo veniat ad. ℥. i.

¶ Item cōfert valde comedere epar capre aut hirci magni assum aut elissum.

¶ Item confert vti in mane mirabolanis kebulis ꝯditis sumēdo ad q̄titatē castanee.

¶ Et istorum sumat qñqꝫ vnum quandoqꝫ aliud ⁊ nō continue perseueret super vna medicina. ¶ Nunc ponam remedia localia .s. ponenda in oculis.

¶ Hoc primum est visuale ⁊ nullomodo obest siue añ purgatione siue post. Et ponatur in oculo in mane antequam egrediatur domum ⁊ teneatur aliquanto tempore postea lauetur cum aqua ruthe ⁊ est istud. ¶ ℞. aque rosate . ʒ. i. zuchari albi misce ⁊ ponatur in quolibꝫ oculo gutta vna frigida.

¶ Hoc secūdum est aliqualiter mordicatiuum. sed est potentius primo ⁊ nō ponatur ī oculo nisi post corporis mundificationem cū medicina ⁊ capitis cum masticatorio. Et est istud. ℞. succi feniculi cocti ⁊ depurati. ʒ. xij. ⁊ sit iste succus bene colatus mellis puri clari ʒ. iiij. buliant bulitione vna simul ⁊ coletur ⁊ colature addatur fellis galli aut perdicis. ʒ. v. ⁊ reponatur ī vase vitreo ⁊ coletur: ⁊ teneatur in sole ⁊ permutetur de vase in vas omi septimana semel proiciēdo grossum subsidēs ⁊ seruando subtile ⁊ teneantur vasa bene cooperta cum cera ⁊ post dies. xx. ponatur de eo in oculo ut supra dixi.

¶ Item confert multuꝫ facere buliri crocuꝫ in aq̃ ⁊ r̄cipere vaporē illiꝰ aq̃ omni mane ad oculos quousqꝫ sentiatur penetrasse in ocl'os ⁊ postponātur in oculum coliria. hoc tertium colirium est nobile ⁊ sine dolore efficit operationem bonam sed fit in vere. ℞. folioꝝ feniculi foliorum eufragie folioruꝫ celidonie añ. libr̄. ij. extrahatur aqua per alembicum ⁊ seruetur in vase bene obturato. ⁊ sit vas eneū.

¶ Item sepe fiat. istud enim est expertum. ℞. epar hirci ⁊ assetur sine alia pinguedine deinde fundatur ⁊ coligatur illa humiditas que ab eo resudat ⁊ ponatur in oculis. Iteꝫ fumus ab eo egrediens recipiatur: ⁊ post predictam colaturam siue resudaturam ponat̄ in oculo. est enim expertum.

¶ Item hoc est vtile. ℞. succi feniculi cocti ⁊ depurati. ʒ. xl. succi ruthe. ʒ. xx. ponantur ī ampulla vitrea ⁊ obturetur orificiuꝫ priꝰ addendo mellis boni clari. ʒ. xv. ⁊ dimittatur per tres menses. Postea proiciatur fex eius ⁊ cum parte clara fiat colirium.

¶ Si auteꝫ fortius facere voluerit quia obscuritas crescat tunc facta purgatione vtatur isto colirio. ℞. succi feniculi. ʒ. i. fellis galli aut perdicis. aut turdi ⁊ mellis crudi añ. ʒ. s. misce ⁊ ponatur gutta vna in oculis.

¶ Fortiora autem istis nō videntur mihi faciēda nec plura volo multiplicare. sed si istis modis vtetur bene erit. Et ista puto cum dei laude sibi sufficere.

¶ De cicatrice in cornea ꝓpter vlcus. 17



Quia iste egregius iuuenis ⁊ insignis pictor quo ad alia est valde sanus ⁊ oportꝫ eū se exercere ⁊ cuꝫ hoc patitur cicatricem in cornea ⁊ remāsit sibi ex vlcere ⁊ aliqualiter impedit vnius oculi visionem licet non multum. ideo dabo ei consilium ad albule subtiliationem immiscendo aliqd de ꝑtinentibus ad conseruationem acuitatis visus ⁊ non laborabo multū in extendendo regulas regiminis vite sꝫ magis docebo remedia subtiliandi albulam debilia ⁊ fortiora notando ea sm̄ gradus suos

¶ In conseruatione ergo sanitatis oculi oꝫ primo cauere a fumo vēto puluere nimia vigilia ⁊ nimio intuitu rerum albaruꝫ aut multum lucidarum ⁊ a nimia permanentia ī obscuro. ⁊ oportet in cibis cauere nimietatē ⁊ comestionem ante digestionem ⁊ vniuersaliter omnem causam prohibentem fieri digestionem bonam ⁊ in qualitate ciborum caueat a rebus acutis mōdacibꝰ sicut allea ⁊ porri ⁊ raffani ⁊ erucha ⁊ cepe ⁊ similia ⁊ a rebus valde vaporosis sicut pisces ⁊ a rebus visum obtenebrantibus sicut multuꝫ acetum ⁊ anetum ⁊ basilicon ⁊ caules ⁊ coriandruꝫ ⁊ crocus Et lactuca. ⁊ lentes. ⁊ nespila Et oliue mature. ⁊ portulaca. ⁊ similia ¶ Et

inter carnes grosse ⁊ veteres ⁊ sanguis ⁊ interiora ⁊ capita ⁊ colla. ¶ Sed sit contentus mediocri comestione carnium iuuenilum. ⁊ galline ⁊ perdicum ⁊ auicularum ⁊ caprettorum ⁊ vitulorum lactentium ⁊ castratorum iuuenum. ¶ Et ex herbis feniculo boragine mellissa spinachijs endiuia buglossa: ⁊ similibus potest vti ⁊ ruta etiam cruda. Et in potu vtatur vinis non multum potentibus neq; habundat in quantitate neq; bibat ieiuno stomacho. ⁊ nō dormiat post cibum ⁊ nō laboret repleto stomacho ī respiciendo res valde minutas: ⁊ postquā fatigatus est in pingendo ⁊ sentit oculos fatigatos ingrediatur domum obscuram non multe tamen tenebrositatis. Et intueatur per fenestras habentem pannum viridem: ⁊ intueatur aquam viridem in aspectu ⁊ subiungat oculos in aqua frigida ⁊ postea respiciat speculum bene pollitum ¶ Item omnino puideat semper habere largum beneficium ventris ⁊ caueat a nimio vsu venereorum ⁊ a nimio vsu flobotbomie ⁊ ista conseruabunt sanitatem oculi.

¶ Sed ad subtiliandum spiritū visibilem ⁊ acuendum visum confert commestio carnium auium que viuunt de rapina sicut ancipitres ⁊ falcones ⁊ noctue ⁊ carnes serpentū preparatarum ⁊ de medicinalibus magis vti in mane vno mirabolano kebulo condito ⁊ confert sublime ista confectio. ℞. eufragie. ℥. ij. seminis feniculi. ℈. v. macis. cubebe. cinamomi. piperis longi. gariofilorum añ. ʒ. i. pulueri zetur ⁊ accipe mellis despumati libr̄. i. succi feniculi cocti ⁊ depurati. ℥. i. succi celidonie similiter cocti ⁊ depurati. ℥. ß. coquantur simul succi cum melle vsq; quo habeat spissitudiem oportunam ⁊ cum eo conficiantur species. ⁊ reseruetur in vase vitreato. ⁊ sit dosis eius ꝑ vice. ʒ. iij. mane ieiuno stomacho aut in sero quando ieiunaret ⁊ ponat ei in oculo sepe qñ corpus nō est repletum vnam guttam huiusmōi collirij. ℞. fellis perdicis aut galli. ℥. i. mellis crudi. ℥. i. succi feniculi cocti ⁊ depurati. ℥. ij. misce bene adinuicē ⁊ reseruetur in vase vitreato ⁊ ponatur ut est dictum ¶ Est etiam vtile vinum infusionis eufragie aut thimi quando sumit pro ꝯsuetudinario potu.

¶ Sed pro illa albula siue albugo oculorum oportet q primo purgetur corpus leui purgatione quo facto omni mane debet ingredi balneum aque dulcis nō multum calide aut inclinari super vaporem eius. ⁊ postea puluerisare in oculo hunc puluerem stando resupine. ℞. sarcocolle nutrite in lacte asine. ⁊ postea exiccate quinq; vicibus zucharicandi spuma maris añ. ʒ. iij. fiat alchool ⁊ mittatur in oculum. ¶ Confert etiam quandoq; istum puluerem ponere in panno serici vel lini subtilissimo ⁊ leui valde ⁊ ligare. deinde madefacere in aqua ruthe ⁊ fricare supra locū vbi est albugo.

¶ Qz si ista nō conferūt oportet magis frequentari balneum ⁊ tamen semel in die ieiuno stomacho vti isto alio puluere. Re. baurach aristologie añ. ʒ. i. sarcocolle nutrite vt prius ⁊ zuchari ⁊ spuma maris añ. ℈. iiij. ⁊ fiat vt predicitur.

¶ Fortius autem istis est addere cum predictis rebus stercus lacerti magni viridis qui vocatur ligurus pro medietate drame.

¶ Qz si hec nō sufficerint hoc est forte ⁊ habet impressionem. Re. fellis thauri succi acori radicum celidonie añ. ʒ. iiij. ß. corticum radicum feniculi. ℥. ß. tere cōtritione grossa. ⁊ pone in vase eneo ⁊ sup infunde vrine pueri inter septimum ⁊ decimū annum collecte de mane quādo surgit a lecto ⁊ ita stēt ꝑ quatuor dies: postea coquatur vsq; q redeat ad libr̄. ß. ⁊ coletur ⁊ reponatur in vase eneo. Deinde accipe massacunie stercoris lacēti magni spume maris zuchari thaberzeth. salis gēme adusti salis armoniaci añ partes equales terātur contritione vltima. deinde ponantur ī vase lapideo ⁊ fundantur super puluerem de decoctione predicta ⁊ terantur simul ita q bene conficeantur quousque fiat sicut mel currens ⁊ reponatur ī vase vitreo bene coopto quousq; oportet vti eo ¶ Et postea ponatur gutta

vna in oculo vel paꝝ qd̕ de eo distempatuꝫ iacendo resuppine ⁊ omnia ista debet appli cari post ingressum ⁊ permanentiam in bal neo aque dulcis.

¶ Et qꝛ aliqñ iuuat vti simplcibꝰ. iõ ponã aliq̃ simplia vl̕ q̃si quorum hoc est primum.

¶ ℞. vini albi boni et succi affodillorum añ. libꝫ. ʒ. croci. ʒ. ʒ. mirre. ʒ. i. buliãt vsqꝫ ad cõsumptionem medietatis deide seruet̃ in vase eneo et ponat̃ in oculo ut est dictum ⁊ postea p quartam horã lauetur cũ aqua celidonie. ¶ Secundũ est celidõia pistetur ⁊ extrahatur succus ⁊ reseruetur ⁊ ponatur in oculo modo dicto ⁊ ↄfert siue ponat̃ recẽs siue antiquus. ¶ Tertium est stercus hyrũdinis distempatum cũ aqua celidonie ⁊ habet fortem imp̃ssioneꝫ positum in oculo vt supra.

¶ Quartũ ⁊ vltimum est. ℞. vrina ĩfantis libr. i. mellis. ʒ. iiij. buliẽt in vase eneo despumando vsqꝫ ad medietatis ↄsumptionem postea coletur ⁊ reseruet̃ in vase vitreo ⁊ ponãt̃ in oculo modo supradicto.

¶ Nõ pret̃mitto tñ qui faciat a puella vel a puero lambere oculuꝫ. sed anteq̃ꝫ lãbat masticauerit semen feniculi aut radicẽ aquori. Et hec puto cũ adiutorio dei sufficere.

¶ De fluxu lacrimaꝝ ad oculos ⁊ ad nares ⁊ ad guttur. 18 · ·18 ·

NObilis vir Andreas sancti de ortona ex intuallis duoꝝ vel triũ mensiũ maxime in hyeme incurrit catharruꝫ. vnde materie currunt p̃mo ad oculos ⁊ fluit p̃lima quantitas lacrimaꝝ ⁊ postea descendit ad nares mat̃ia citrina ⁊ ptes alie viscose cum mordicatione ⁊ postea ad gulam ⁊ pectus ⁊ incurrit tussim ⁊ difficultateꝫ anhelitus ⁊ spuit rem vehemẽter salsam ⁊ multã rem viscosam. ⁊ p quosdã dies anteq̃ꝫ incurrat hanc dispõnem sentit frigus in capite manifestam. ⁊ cum incurrit eaꝫ patitur dolores in pectore ⁊ leduntur appetitus ⁊ digestio ⁊ retẽtiua stomachi. ⁊ quãdoqꝫ febrit. Jn reliq̃s vero tẽporibus est sicci ventris ⁊ est ãnoꝝ. xlvi. mediocris habitudinis epatis calidi ⁊ qui patiebatur emoroidaruꝫ fluxũ licet ĩfra duos ãnos nõ habuerit. hic ẽ casus. hic dimittam regimẽ sex rerum nõ naturalium. sed si vis recurre ad ↄsilium q̃ sic incipit ⁊ est tale signuum ⁊ incipit sic. Dispõ viri egregij domini Johãnis de spoleto ⁊ est tussis catthar alis ꝛc.

¶ Quia vt patet ex casu in isto nobili ↄgregantur materie diuerse fleugmatice ⁊ colerice que tandem trasmittuntur ad caput cuꝫ facta est earum multa congregatio. ⁊ verisimile est q̃ colera multiplicatur in venis ex dispositione epatis q̃ in eo apparet calidum. ⁊ fleugmata maxime ex dispositiõe stomachi. Jõ vltra regimen p̃scriptum optet vti medicinis euacuantibus tales materias ex interuallis: ⁊ anteq̃ꝫ ↄsueuerit poxismos venire.

¶ Dico igitur q̃ saltem bis in anno debꝫ purgari capiendo syrupũ. primo sex vicibus. ℞. syrupi acetosi simplicis syrupi de endiuia. añ ʒ. vi. oximellis compositi. ʒ. ʒ. aque feniculi ⁊ endiuie. añ. ʒ. i. ʒ. clarifica ⁊ aromatiza cũ pauca quantitate nucismucate ⁊ est syrupus p vna vice sed sumatur sex vicibus calidus in aurora ⁊ super dormiat.

¶ Postquã sumpserit syrupũ sex vicibus purgetur cũ istis pillulis. ℞. pillulaꝝ aggregatiuarum. ʒ. ʒ. cochiarum. ℈. ʒ. reficiant̃ pillule cũ aqua maiorane ⁊ fiant quinqꝫ. suman duabus horis ante diem. cũ debito regimie medicinaꝝ solutiuaꝝ. ⁊ posui puam dosim quia dixit mihi suũ vẽtrem facil̕r solui. ⁊ iõ si vr̃ p̃nti medico addendũ potest augmentare quantitatẽ seruato pportione ⁊ tempora cõuenientia huic purgationi sũt in mẽse martij ⁊ in fine octobris.

¶ Et oꝫ in temporibus intermedijs preserti si sentiret corpus graue ip̃m purgari purgationibus frequentibus sed cum medicinis benedictis nõ transcendentibus virtutẽ agarici Jn tpe ergo hyemis vtat̃ istis pillul̕. ℞. pillulaꝝ aserech. ʒ. ʒ. agarici. ʒ. iij. sal̕ gẽme. ʒ. i. reficiãtur cũ succo luppuli ⁊ sumãt̃. ʒ. ʒ. p

vice de sero quando vadit dormitum. aut. ℈. i.
Et si oparentur ante cōplemētum somni pōt
eas sumere cōpleto primo sompno ⁊ eo sero
quo sumit eas. aut alleuiat cenam. aut dimit
tat. Et iste conueniunt sibi hyeme vere ⁊ au
tumpno. ¶ In tempore vero estatis purget̄
potando pro vice libra. i. aque lactis caprini
in qua aqua infuse fuerint viole per noctē ita
q̄ calefiat aqua lactis de sero vsq̄ ad ebuliti
onem ⁊ ponatur in ea violaꝝ. ʒ. s. ⁊ remane
ant per totam noctem: ⁊ in mane coletur ⁊ ex
primatur ⁊ addat̄ syrupi violati facti cum
trina infusione. ʒ. ij. ⁊ potest hoc sumi tribus
vicibus in mēse.

¶ Loco autē istaꝝ medicinaꝝ posset in hy
eme sumere pillulas sine quib⁹ esse nolo. aut
pillulas stomaticas descriptione ꝓpria Me
sue. ⁊ in estate loco seri caprini posset sumere
ʒ. x. dyacatholicon. aut. ʒ. xij. pulpe cassie cū
decoctione prunoꝝ violarū: ⁊ tamarindorum
aut dyaprunis absq̄ dyagridio. ʒ. i. s. aut
māne electe. ʒ. ij. cum p̄dicta decoctione.

¶ Preter aūt has purgatōnes opꝫ eum vti
in estate triasandalis qñ nō sumit solutiuū su
mendo. ʒ. s. de mane ⁊ debēt vti endiuia ⁊ la
ctuca coctis: ⁊ in tpe hyemis deberet vti saltē
semel in mense. ʒ. i. s. boni metridati quinq̄
horis ante cibum de mane ⁊ supbibere. ʒ. iij.
aque endiuie. ¶ Et ↄuenit ei ↄfortare caput
cum odoramētis bonis in quibus sūt virtus
exiccādi sine multa calefatōe sicut hoc pomū
℞. thuris mirre rosaꝝ añ. ʒ. ij. ramich gallie
muschate añ. ʒ. i. camphore. ʒ. s. musci. ǵ. vi.
ambre. ℈. s. pistēda pistentur pret̄ camphorā
⁊ agitent̄ cum aqua rosata ↄterēdo omni die
bis p ebdomodam: ⁊ sit aqua rosata pauca.
ita q̄ possit exiccari postea ↄficiantur inuicem
cum gūmi arabico dissoluto in aqua rosata
tante quātitatis q̄ fiant sicut pasta. ⁊ fiat po
mū q̄ odoretur in tēpore sanitatis.

¶ Sed qñ incurrit casū suum tam in oculis
q̄ in alijs dispōnibus: in pricipio purget̄ cum
hac decoctione. ℞. pruna damaschena. xiij.
iuiubaꝝ sebesten añ. numero. x. thamarindo
rum. ʒ. i. coquatur cū facilitate in aqua suffi
cienti vsq̄ q̄ remaneāt. ʒ. vi. vel circa. ⁊ pru
na sint cocta ⁊ tūc iponant̄ viole sicce quātum
potest capere aqua ⁊ deponatur ab igne ⁊ di
mittat̄ ita per horam. postea coletur ⁊ pulpa
prunoꝝ bñ exprimat̄ ⁊ tamarindorū ⁊ in co
latura addat̄ cassiefistule. ʒ. i. māne. ʒ. iij. q̄
si māna nō habetur sit cassiafistula. ʒ. x. ⁊ hoc
bibat̄ de mane. ¶ Facta aūt hac purgatione
faciat apponi vētosas oī die ante prandium
⁊ ante cenā in spatulis ⁊ natib⁹ absq̄ scarifi
catiōe ⁊ faciat fricari brachia crura ⁊ coxas
⁊ spatulas. ⁊ nates trahendo ad inferiora
⁊ diminuat cibum valde ⁊ ꝓhibeatur a cena
⁊ quiescat sedendo ⁊ ꝓhibeatur a fumo ⁊ vē
tis ⁊ a radio solis ⁊ lune ⁊ dimittat multitu
dinem sōpni ⁊ dimittat vinū oīno imo bibat
aquam ordei cum iuleb violato aut cum syru
po de papauere. ¶ Item nō obstāte q̄ catar
rus sit mixtus ex calido ⁊ frigido tamē quia
maior timor est de calido. debet ꝓ tunc fieri i
frigidatio cū rebus infrigidātibus in potētia
Itaq̄ omī die ieiuno stomacho post dictam
purgationem in tpe isti⁹ catharri ingrediatur
thinā aq̄ tepide decoctionis ordei ⁊ violarum
⁊ camomille ⁊ papaueꝝ ⁊ cum est in thina fa
ciat effundi super caput ⁊ maxime impona
tur papauer si multū caret sompnū ⁊ inunga
tur venter eius totus cū oleo violato ⁊ come
dat ꝓ illo tempore fercula facta ex rizzo ⁊
victualibus de pasta ⁊ ex ordeo cū lacte si ñ
febrit. aut cum lentibus excorticatis.

¶ Et hoc tempore ↄtinue teneat in ore dya
dragantum frigidū aut loch de papauere aut
dyacodion descriptionis Mesue in capitulo
de loch. ¶ Capiatur omni mane iste syru
pus. ℞. syrupi violati. ʒ. ij. decoctionis semi
num citonioꝝ iuiubarum ⁊ ordei ⁊ seminis
papaueris albi. ʒ. iij. ⁊ coquantur ista in aq̄
vsq̄ ad medietatis cōsumptionem.

¶ Item si oportet faciat clisteria ex decocti
one malue violarie ordei cum. ʒ. i. pulpe cas
sie. ⁊. ʒ. i. gerepigre ⁊. ʒ. iij. olei violati ⁊ sa
le sufficienti.

Et si in quatuor diebus vel circa non fuerit fluxus cattarri purgetur secunda vice capiendo predictã medicinam. s. decoctionẽ prunorum et tamarindorum etc. et addendo illi agarici. ℥. ß. salis gẽme. ℈. ß.

Et si salsedo et acuitas remittatur tunc loco loch de papauere. et loco dyadragranti det tenere in ore loch de pino. aut loch sanum et expertum. aut istud loch quod est optimum. ℞. se. feniculi succi liquir. capillorum veneris recentium pulmonis vulpis sicci. confice eum zucharo decocto cum aqua quantum sufficit. Et caueatur a rebus cõstringentibus cattharrũ et prohibentibus ipsum descendere oĩo.

In principio autem inungatur pectus et caput cum ista vnctione. ℞. olei violati. ℥. ij. olei amigdalarum dulciũ. ℥. ij. misce et vngatur mane et sero. Et cũ incipit diminui salsedo inungatur tũc cũ isto vnguento. ℞. isopi humide. ℥ xij. cere citrine. ℥. ß. medulle cruris vituli adipis anatis et galline. aã. ℥. i. mirre bdelij. mucilaginis seis lini mucilagis fenugreci. et mucilagis althee. storacis liquide et terbentina. aã. ℥. vi. et fiat vnguentum.

Et hoc tempore post cibũ sumat semp coriandrum preparatũ et cõfectũ cũ pauco zucharo. aut dyaconitem cũ zucharo. aut citonia condita cũ zucharo.

Et quia nõ possunt omia sciri si cõtingerit quod pñs medicus dubitaret de lesione pulmonis debet post sex dies et factis purgatiõibus duabus bibere de mane. ℥. ij. boli armeni cũ aqua plãtaginis et quarta parte vini albi et hẽat menti quod in temporibus estatis vtilimũ eẽt si biberet. etiã quando nõ egrotat de isto boloarmeno saltẽ tribus vicibus in septimana cum aqua supradicta et vino quatuor horis ante cibũ ieiuno stomacho.

Itẽ hoc eodẽ tẽpore quãdo est diminuta materia recipiat de mane hũc fumũ per trabactorium. ℞. boli armeni. ℥. ij. pro vice ponatur in vase terreo super prunis ignis quousque multũ calefiat postea proiciatur super ipsm aqua rosata ps. i. aceti. pars. x. et fumus recipiatur per os.

Multa alia possunt dici sed puta supflua quia ista vt puto cum auxilio altissimi sufficiunt. etc.

Imaginationes que minantur cattarractam.

Iste nobilis iuuenis annorum. xxiiij. patitur imaginatõnes quæ minantur cataractas. et iam sũt in vno oculo. et ideo vtetur regimine infrascripto et deus sit dator auxilij. Primo debet in cibis suis comedere panem de frumento bene fermentatum et bene coctũ et cauere ab azimo. a pane aliorum granorum. Carnes sibi cõuenientes sunt pullorum pdicum faxianorum turturum pipionum auicularum paruarum degentium in arboribus et pratis et capretorum et vitulorum puerorũ et castratorum aĩalium. et debet aliascarnes dimittere. Et nõ comedat capita neque colla neque sanguinem: neque interiora et si comedat caseum quã paucissimum et potest comedere vitellos ouorum gallinarum siue in ferculo siue extra ferculũ dũmodo nõ sint multũ cocti. Pro ferculo cõuenit sibi feniculus et borago et buglossa et maiorana et ysopus et thimus et serpillũ et herbe odorifere et rape. Sed caules et blitas et lactucam. et rafunellas et eruchã et synapi et cepas et porros oĩo dimittat et põt vti brodio cicerum et pane cocto. sed debet dimittere victualia de pasta et legumina põt tamen sumere panizatam et miliũ. De fructibus põt vti mellonibus et prunis et ficubus et vuis añ cibũ et post cibũ piris coctis et pomis coctis et auelanis et amigdalis et oliuis cõditis sed omniũ fructuũ dimittat multitudinem. De radicibus põt vti radice petrosilij et pastinacha et enula. et potest vti pro salatitio caperes et spargos et rutã et de specibus que in omni vsu sunt nisi quod nõ comedat multũ croci. Potus suus sit vinũ cisolũ aut albũ aut paucifeꝝ temperatum cum aqua mellis et potet parũ et nõ repleat se cibo

precipue in cena.

¶ Prouideat sibi qꝫ omni die habeat beneficium ventris: ⁊ si non potest aliter sumat. ʒ. i. thimi sicci cū brodio sui ferculi ante cibum aut faciat clistere vel suppositorium.

¶ Habitatio sua sit in aere clauso sicco. ⁊ si potest in solario.

¶ Laboret ambulando ieiuno stomacho. ⁊ maxime cum partibus inferioribus est laborandū ita qꝫ caput nō multū agitetur. ⁊ quādo nō potest laborare tūc faciat se fricari trahendo inferius ⁊ post exercitium vel fricatōnes pectinet caput versus retro: ⁊ non legat litteras valde minutas ⁊ post cibū nō laboreꝫ in legendo vel scribendo.

¶ Dormiat de nocte incipiendo duabus horis post cenam ⁊ dormiat capite bene eleuato ⁊ corpore bene cooperto ⁊ super altero later in camera boni aeris ⁊ calida ⁊ caueat sibi a sompno meridiano ⁊ a dormire sub radijs solis ⁊ lune. ⁊ maxime quādo intrant per fenestram ⁊ a dormiendo in loco humido. qꝫ si necessitas cogit eum dormire in meridie sit longe a prandio ⁊ capite bene eleuato.

¶ Caueat a coytu ⁊ a tristitia. Et hec de regimine.

¶ Ueniendo ad medicinalia q̄ sum⁹ i mense Julij. ⁊ ipse fuit purgatus in illo anno pluribus vicib⁹ ⁊ nūc de nouo colloqueat⁹ in pte posteriori vsqꝫ ad mediū septembris pxie futuri seruet hunc ordinem.

¶ Primo omni mense accipiat aliquod leue ventris purgatiuū sicut vbi gr̄a tertiā ptē totius descriptionis aque fructuū posite a Mesue in capitulo de decoctionibus ⁊ infusionibus in primo loco. Aut. xij. ʒ. pulpe cassie cum decoctione. x. prunorum. ⁊. ʒ. v. tamarindoꝝ. ⁊. ʒ. ij. violaꝝ. aut d̄ aq̄ lactis caprarū. ⁊. ʒ. x. in quibus per noctem steterint infusi polipodij ⁊ sene. ⁊ epithimi. an̄. ℈. ij. ⁊ colet de mane ⁊ bibat tepidū. Aut si abhorret potationes sumat pillulaꝝ de gera. ʒ. v. agarici ℈. i. salis gēme grana. vi. conficiantur pillule cum succo de epithimo ⁊ oēs iste medicine non indigent custodia ⁊ debent sumi in aurora non super dormiendo sed aliquantulū quiescendo. ⁊ postea debꝫ prandere hora sua.

¶ Et preter hoc in mane ante cibū debet masticare. ʒ. i. v. huius compositōis. ℞. staffisagrie. ʒ. ij. masticis. ʒ. v. misce simul ⁊ masticetur p horam spuendo illud qꝫ venit ad os. ⁊ hoc quādo nō vtitur alio purgatorio capitis

¶ Itē quando ē purgatus ⁊ nō sentit corp⁹ graue vtat̄ caput purgio ⁊ ē vsuale inungere nares interius cū oleo de preos calefacto vsqꝫ ad superiora ⁊ fortius isto est inungere de oleo de cucumere asinino. Et iterū fortius est inungere cūꝫ succo panis porcini aut ponere frustū panis porcini recenter in naso de mane ⁊ tenere ita p mediam horam.

¶ Itē ēt semel in septimana faciat gargarisma ⁊ ē vsuale ⁊ leue ex aq̄ mellis cūꝫ pauco pipe gargarisādo in vna hora. vi. vl octo vicibus. Fortius tn̄ gargarisma ē ex aqua mellis ⁊ oximelli squillitico an̄. ptibus equalib⁹ Et forti⁹ ē acetū squiliticū aut acetū distilatū qn̄ gargarizant̄ tepida sex vicib⁹ i hora vna ⁊ vnūqdqꝫ illoꝝ nō est valde abhomiabile.

¶ Itē hoc tpe teneat in camera ⁊ in manu. ⁊ in lecto vbi habet dormire saculos plenos de maiorana sicca ita qꝫ fere ꝯtinue sentiat illius odorem.

¶ In oculis vero in hoc tpe ponat d̄ mane anq̄ꝫ vtat̄ gargarismate vel masticatorio aliqd̄ coliriū de istis. primū ē leue. Re. feniculi verbene. mēte rute ⁊ celidonie ⁊ eufrasie an̄. ptes equales. distillent̄ i fine madij sicut distillat̄ aqua rosata. ⁊ reseruent̄ in vase nō de vitro sed de ere hn̄te strictū orificiuꝫ ⁊ de aq̄ ista ponat̄ vna guta in oculo de mane.

¶ Coliriū aliud forti⁹ parūp. Re. succi granatoꝝ dulciū ⁊ acetosoꝝ expssoꝝ cū suis pulpis. an̄. libr̄. v. reponant̄ in āpulla stricti orificij. ⁊ claudat̄ orificiū ei⁹ bn̄ ⁊ exponat̄ vas soli p duos mēses ⁊ in omi mēse recipiat clarū eius ⁊ abiciat̄ sua fex ⁊ postq̄ꝫ duab⁹ vicib⁹ in duob⁹ mēsib⁹ ē abiecta sua fex ad vnāquāqꝫ libr̄. de clara que r̄māsit ponat̄ iste puluis

d

sbtilissime tritus. ℞. aloes radicū celidonie salis armoniaci pipis longi. an̄. ʒ. i. misceant̄ cū p̄dicta aqua ⁊ iter̄ teneat̄ in sole ⁊ d̄ isto ponatur in oculis ⁊ hoc medicamē quāto est antiquiꝰ tanto melius.

¶ Tertiū aūt colirium est fortius. ℞. colere uēte felle galli. aut pdicis. ʒ. s. mellis crudi. ʒ. s. succi feniculi. ʒ. i. misce ⁊ ponatur in oculis gutta vna ꝑ vice.

¶ Et fortiꝰ illo est ℞. aque rute libr̄. i. sera pini. ʒ. vi. incorporent̄ in mortario cū pistello vsq̄ ad vltimā dissolutionem sapiniꝰ ⁊ reseruet̄ ī āpulla vitri ⁊ ponat̄ gutta vna in oculo semp tamen bene agitādo ampullā antequā gutta ponatur in oculo.

¶ Fortissimū coliriū ⁊ in quo inuenitur imp̄ssio manifesta q̄ ē vehementissimi doloris est istud. ℞. fellis hyrci prius exsiccati in vase eneo. ʒ. x. pulpe colloquintide. ʒ. i. s. sapini. euforbij. an̄. ʒ. ij. fiant ex eis sief sbtilia ⁊ exicentur: ⁊ modus bonus administrandi eum est iste quia primo ponatur de aqua rute q̄ti tatez quam tenet medietas corticis auelnae super cotte oculistarum vel in schutella de lapide pollito valde ⁊ tunc purget̄ sief sup cotte vel in schutella dicta cuz dicta aqua ita q̄ paruz de eo in aqua dissoluatur ⁊ postea aq̄ ponatur in oculo stādo resuppine. s. vna gutta vel due gutte de ea. ⁊ si videt̄ infirmo q̄ possit tollerare maiorē mordicationez quam faciat dicta aqua in sequenti vice tantū fricet sief eum aqua q̄ plus de eo dissoluet̄ quo usq̄ venerit ad mensuram quā pōt tolerare.

¶ Et eodē tp̄e dz vti electuarijs cōfortātibꝰ visū quoꝝ p̄mū est. ℞. eufrasie. ʒ. ij. seminis feniculi. ʒ. v. macis kubebe cinamomi piperis longi. gariofiloꝝ. an̄. ʒ. i. puluerizētur sbtilissime ⁊ tunc accipe mellis dispumati. libr̄. i. succi feniculi succi celidonie coctoꝝ ⁊ depuratorum. an̄. ʒ. i. buliāt succi cū melle quousq̄ habeāt mellis tenuis spissitudinē ⁊ ɔficiātur cū eo spēs supradicte ⁊ fiat electuariū d̄ quo sumat. ʒ. ij. ꝑ vice in aurora ⁊ in sero quādo vadit dormitū.

¶ Et est etiā vtile loco p̄dicti electuarij vti thymo ɔdito q̄ fit hoc mō. ℞. cunaꝝ thimi recentiū. libr̄. i. mellis passulaꝝ. libr̄. i. mellis apum cocti ⁊ despumati. libr̄. ij. salis gemme ʒ. ij. confice in forma electuarij parūper simul̄ buliando de quo sumat. ʒ. s. ꝑ vice ⁊ aliqn̄ soluit ventrem ⁊ ē vtile maxie in temporibꝰ frigidis.

¶ Sil̄e electuariū pōt fieri de eufrasia.

¶ Aduenien̄te aūt medio septembris sumat prius hunc syrupū sex diebus. ℞. oximell̄ squillitici mellis rosati collati syrupi de endiuia. an̄. ʒ. v. aque feniculi. ʒ. iij. misce ⁊ est syrupus ꝑ vna vice sumat̄ calidus in aurora sex vicibus ⁊ sup dormiat.

¶ Sūpto syrupo purget̄ cū illa medicina. ℞. pillulaꝝ cochiaꝝ. ʒ. s. pillulaꝝ aggregatiuaꝝ ⁊ indaꝝ. an̄. grana. xv. conficiant̄ cuz aqua rute fiant pillule septē ⁊ sumant̄ ī vice vna omnes duabꝰ horis an̄ diem ⁊ sup dormiat p horam ⁊ ꝑ illa die obseruet regimen medicinarum.

¶ Facta hac purgatione vsq̄ ad principiuz martij omni mense tribus vicibus ieiuno stomacho sumat. ʒ. i. s. bone tiriace. ⁊ antequā prandeat septē horis ⁊ sumat̄ cuz. ʒ. ij. aque mellis ¶ Itē eodē tp̄e vtat̄ electuarijs masticatorijs gargarismatibꝰ caputpurgijs sup dictis etiā securiꝰ quā in estate. ⁊ maxie illo electuario de thimo. sed pillule qbꝰ debz vti ī hoc tp̄e quasi sine custodia sūt pillule maxie sine qbꝰ eē nolo descriptōis Nicolai de qbus sumatur bis aut ter in mense. ʒ. i. ꝑ vice aut eūdo dormitū. aut statim pꝰ p̄mū sompnum ⁊ sil̄e dz vti rebꝰ ponendis in oculo.

¶ Carnes conuenientes sunt pullorum perdicum fasianorum puarū a uiū degentium aut in arboribus aut in pratis. similiter edorum lactentiū. vitulorum lactentiū puorum sed parū. vtatur eis et leporū et capriolorum et ceruorum iuuenū et vulpes et eritij. licet etiam aliorum aīalium pulmones conferat alias fugiat ut porcorum agnorum et grossorum et viscosorum aīalium.

¶ Pisces meli[9] esset vitare omnes sed pōt vti quādoque puis squamosis ex flumie petroso vel puro mari. et vitet oīno anguillas et pisces paludum et stagnorum. ¶ Caseum lac et recoctum vitet et sanguiem et capita et alia interiora pulmone excepto. Vitelli ouorum non duri sed mediocriter cocti et recētes sunt boni sed albumen est malum et vitandum.

¶ Fercula conueniētia sunt ex maluis et blitis: brodio cauliū et mercuriali pcipue si venter nō sit bene lubricus. et conuenienter ex brodio cicerū et ptisina ordeacia cū amigdalis et brodio carnium conuenientium.

¶ Ex herbis fugienda sūt lactuca et herbe frigide nō mouētes ventrem. et crude sed cōuēit ysopus et thimus in omni mō administrationis. et saluia et calamentū et origanum.

¶ Ex oleribus fugiat cucurbitas et raffanos. et mellogenas et rappas et baucias et licet aleū cepe et porrū quantum est ex parte asmatis non essent vitanda. tamen pp̄ter sua alia nocumēta sunt ab eo vitanda. potest tamē vti napponibus paucis et dulcibus et raffano pro medicina et pro vomitu faciendo.

¶ Ex fructibus cōueniunt ficus bene mature et recentes et vue passule et dulces et bene mature et iuiube et amigdale dulces et amare et auellane assate et comeste cum pauco pipe et zucharo et fugiat pira et poma nisi dulcia et cocta cum feniculo et aniso.

¶ Vitet legumina omnia et victualia de pasta sicut pastillas et laganas et rizzū et tortas et similes cibos grossos. ¶ Assate carnes cōueniunt ei magis quam elisse dūmodo sentit se eas bene digerere. ¶ Nō comedat multa varia cibaria in vna vice et caueat vti stipticis in principio mense et semper recedat a mensa cum fame.

¶ Pot[9] ei optim[9] est aq̄ mellis. et vinum subtile ātiquum et vinum album clarum dulce cui sit permixtum aliquid de vino antiquo et sit potus omnino paucus et precipue supra cibum. sed quādo cibus est digestus potest parum bibere sorbillādo.

¶ Exercitium est ei vtile. sed quia non est multum consuetus oportet quod gradeē in illo et incipiat a puo et debili et vadat ad magnū forte paulati et fiat in locis siccis et fiat existe

stomacho vacuo ieiuno et cum personis dilectis et cum gaudio.

¶ Somnus sit septem horis in nocte ita quod incipiat saltem tribus horis post cenam et sit quasi sedendo et super altero latere et non sit resuppine iacendo et sit bene coopertus pannis et loco temperati aeris et fugiat omnino somnum diurnum nisi forte in mane quando in nocte non tantum dormiuisset.

¶ Prouideat quod omni die saltem semel habeat beneficiũ ventris. et hoc omnino et si aliter non potest faciat cũ adiutorio. et hoc fit aut sumendo in principio prandij fercula supradicta. aut comedendo quatuor ficus siccas calefactas ad ignem aut bibẽdo in principio prandij decoctionem ysopi cum melle aut eius puluerem in aqua mellis sumendo. ℨ. i. aut decoctionem cunelle aut eius puluerẽ cũ aqua mellis. aut faciendo clistere cõe. aut comedẽdo porrum cũ melle.

¶ Caueat ab ira tristitia et vtatur gaudio sed a coytu abstineat et hoc de regimine.

¶ Nũc descendendo ad medicinalia et breuiter consideret vt in principio nouembris aut parum ante se purget sumendo in potu primo hunc syrupum. Re. syrupi de liquiritia syrupi de prassio syrupi de ysopo. añ. ℥. ij. detur in sex vicibus cũ decoctione pectorali.

¶ Sumpto syrupo purgetur cum istis pillulis. Re. pillularum de agarico. ℨ. i. pillularum cochiarũ. ℨ. ß. fiant pillule et sunt pro vna vice et sumantur cum custodia vna hora añ diem et dormiat parum sup eis et tarde comedat et sequenti die faciat clistere lauatiuum similẽ purgatõem puto sibi cõuẽire i fine februarij. ¶ In intermedijs temporibus est ptim purgandus leuibus purgationibus et sine custodia et ptim confortandus est pulmo et partim iuuandus ad materiam expurgandã cũ sputo. ¶ Pillule cũ quibus fit purgatio bis in mense sumendo eas in sero quatuor horis post cenam aut melius quando non cenatur. Re. pulueris gerepigre. ℨ. ß. thimi ysopi agarici añ. ℨ. ij. salis gemme. ℈. ij. piperis. ℈. i. cõfice pillulas cum succo ysopi sumantur ex eis ℨ. i. vsque ad. ℨ. i. ß.

¶ Quandoque etiam confert in estate purgari cum. ℥. i. pulpe cassie cum. ℥. ij. decoctionis pectoralis sumendo in aurora.

¶ Confert etiam facere clisteria in quibus coquatur cartamus et agaricus et centaurea et ficus et post in decoctione addatur gerepigre ℥. i. gerelogodion. ℨ. ij. salis et olei. añ. q̃tũ vis

¶ Et nõ solum ille purgationes sed diuersiones sunt faciende fricando in mane ieiuno stomacho crura et coxas et spatulas et nates et brachia et tandem caput. Multum cõfert purgatio caput purgationibus proprijs. s. cum masticatione zinziberis aut masticis cũ quarta parte sui de pipere aut cum gargarismatibus de aceto in quo coctũ sit de sinapi. ¶ Itẽ etiam trahicere per nares aquam maiorane aut succũ blite ieiuno stomacho. Item lauare caput ieiuno stomacho cũ lixiuio i quo bulliuerint serie stichados. añ. ℨ. ij. et in fine bene fricare partem anteriorem capitis cum aqua vitis. Item bonum est in vere post purgationes ire ad balneum naturale et morari. xx. diebus

¶ Electuaria conuenientia sunt tyriaca magna de qua sumatur in tempore hyemis et veris omnib⁹. x. diebus semel. ℨ. i. cum. ℥. i. vini. et. ℥. i. aque mellis et ieiunet post. viij. horis

¶ Electuarium de pulmone vulpis de quo i die sumat. ℨ. ß. ieiuno stomacho duab⁹ horis ante prandium. Itẽ dyapyris salomonis

¶ Electuarium factũ ex ysopo sicca et thimo sicca et piperis parte et melle. ¶ Pulueres autem conuenientes sunt ex pulmone vulpis sicco. sumere. ℨ. ij. pro vice in mane cum aq̃ mellis. et ista puto cũ laude altissimi sibi sufficẽ.

¶ De difficultate anhelit⁹. 26

Nobilis vir dominus Paul⁹ lifmanini patit difficultatem anhelitus que ex interuallis quandoque grauat ipm vehementer q̃ puto pcedere a catarro nã alias passus fuit

torturā oris ex qua adhuc remanet sibi q̄dā sensatio quasi rei trahētis in vno angulo oris ⁊ quandoq₃ patit̄ ardorē vrine in migēdo in cidit ēt sepe dolores capitis q putandi sūt plu rimū pvenire a mā frigida ventositatib⁹ mi xta ⁊ dolet sepe iuncturas l₃ non vehementer neq₃ cū manifesto apostemate in eis neq₃ ma nifesta caliditate omnia ergo excepto ardore vrine phibebūt fere simili remedio. s. euacuā do cerebꝝ pectus ⁊ neruos. ⁊ confortando cerebrum ⁊ pulmonē ⁊ phibenda cattarrum ⁊ ideo circa ista principaliter intendā₃. ⁊ ali quid ponā p ardore sed dimittam regimen sex rex non naturalium sed si vis recurre ad consilium precedens de asmate.

Ueniendo ad medicinalia oī anno venie te ve debent purgari capiēdo primo hūc syru pū sex vicibus calidū in aurora ⁊ dormiat su pra p vnam horam. ℞. syrupum de liquiri tia sy. de prassio oximellis squillitici. aā. ℥. iij ⁊ est syrupus p sex vicibus distempetur cu₃ ℥. iiij. decoctionis liquiricie ficuū siccaꝝ iuiu barum ⁊ ysopi.

Sumpto sy. sequenti mane duabus ho ris ante diem capiat has pillulas. ℞ pillu larum fetidaꝝ ⁊ cochiaꝝ. aā. ℥. ß. pillularū de agarico. ℈. i. fiant septe₃ ⁊ eas capiat ⁊ p⁹ super dormiat per vnam horā aut circa. po stea non dormiat quousq₃ operauerint. ⁊ quā do transacte fuerint quinq₃ hore post eius as sumptionem bibat. ℥. v. aque mellis. ⁊ inde ad duas horas prandeat. ⁊ illa die se a frigo re respiciat. Sequenti die duabus horis ante diem sumat. ℥. i. ß. thiriace optime cu₃ modica aque mellis ⁊ non comedat vsq₃ ad septem horas.

Silr in medio octobris aut circa silem purgatōem faciat capiēdo syrupū ⁊ pillulas mō supradicto. Et quia iste humores se pe regenerant̄ bonū est q̄ in. xv. aut i. xx. die h⁹ semel sumat. ℥. i. istaꝝ pillulaꝝ q̄n vadit dormitū ⁊ illo sero non debet cenare ⁊ sunt si ne custodia. ℞. pulueris geropigre. ℥. ß. thi mi agarici. aā. ℥. ij. salis gēme. ℈. ij. aloes op timi. ℥. ß. fac pillulas cū succo ysopi ⁊ potest eas capere cenādo ⁊ duabus horis p⁹ cenā q̄n vadit dormitū. ⁊ in estate loco istaꝝ pillu laꝝ pōt sumere in mane in aurora. ℥. i. ß. pul pe cassie distempata cum decoctione liqricie violaꝝ ysopi ⁊ passulaꝝ. Item vtile ē ei q̄ sepe in mane ieiuno stomacho vteret̄ ma sticatorio masticando p vnā horā hūc masti catoriū. ℞. pipis staffisagrie. aā. ℥. ß. masti cis. ℥. ij. misce. ⁊ sufficit coclear medium pro vice. Similiter bonū est trahere p nares in mane ieiuno stomacho aqua₃ maiorane. aut succū blite. Itē si abiliter pōt oī mēse ex cepto hyeme duob⁹ diebus vno post alium faciat vomitū isto modo primo comedat in prandio res pingues q̄ citius pōt. tū carnes bone ⁊ epule incisiue sicut porri cocti. ⁊ bi bat vinū satis puꝝ ⁊ dulce ⁊ postea stati cu₃ pēna aut alio mō pvocet vomitū. postea nō comedat nisi prius sibi venerit fames ⁊ illo sero comedat pullos assos ⁊ comedat leuiter ⁊ sic faciat sequenti die. Ultra has res vti le ē ei facta purgatione q̄ omi mane faciat se fricari crura coxas ⁊ brachia ⁊ spatulas ⁊ pectus modo quo nō se infrigidat semp trahē do ad inferiora. Item nō debet deficere quin oibus decem diebus excepto de mense Maij vsq₃ ad mensem Augusti sumē septe₃ horis ante cibū. ℥. i. thyriace distempate cu₃ aqua mellis. Itē in sero q̄n vadit dormitū bonū ē q̄ teneat in ore q̄titatem vnius casta nee isti⁹ electuarij dimittendo eū deliquari ⁊ paulatim deglutire. ℞. semen feniculi succi liquiricie capilli veneris recentis pulmonem vulpis recentis. aā. ℥. ij. zuchari q̄tu₃ sufficit ⁊ fiat electuarium. ⁊ q̄n de isto nō haberet ca piat de isto alio. ℞. lochsani ⁊ expti. ℥. iij. loch de sqlla. ℥. i. ß. misce bene insimul ⁊ capi at vt dixi. Itē q̄n debet lauari caput hu liri faciat istas res. ℞. lauri folioꝝ sene. aā. q̄rtā. i. vncie nucismuschate. octauā. i. vncie ⁊ faciat se bñ sutare sbito postq̄ ē lotus.

Itē vtat̄ odorare poma de laudano in q h⁹ sit laudanū. ℥. i. rose ramich. aā. ℥. ij. ābre

musci.añ.gra.x ¶ Item quãdo nõ sumit thi
riachã pillulas omi die in mane quatuor ho
ris ãte prandium debet bibere.ʒ.ij.boli arme
ni tempore nõ multũ calido distemperato cũ
vino maluatico.aut cũ vino albo sbtili ⁊ i tẽ
poribus calidis distemperato cũ aqua bora
ginis ⁊ buglosse. ¶ Item in hyeme eẽt ei
vtile portare in capite vnũ sacculũ gariofilo-
rũ pistatorum suiti in sindone rubea ⁊ fact⁹ ad
modũ vnius bireti. ¶ Item vtile esset ei i tẽ
pore vis facta purgatione supradicta ire ad
balnea naturaliter calida ⁊ sulfurea ⁊ ibi sta
re circa.xx.dies ⁊ in mane ante prandiũ itra
re balneũ ⁊ ibi stare quantũ eũ delectat vsq
ad vnam horã.⁊ in isto tempore faciat cadẽ
aquam balnei calidã in parte anteriori capi
tis circa mediam horam. ⁊ postea a balneo
egredi ⁊ ire in lecto ad sudandum. ⁊ postea
se bene tergere ⁊ respicere se a frigore ⁊ istud
esset vtile illis doloribus iuncturarum ⁊ torture
oris. ¶ Casu quo ibi balnea naturalia nõ es
sent potest vti isto balneo artificiali. ℞. thi-
mi ysopi calamenti origani lauri.añ.libr.iiij
fac buliri in aqua sufficienti.postea adde sul
furis.ʒ.iij.aluis.ʒ.i.⁊ in istis se balneet ⁊ d
ista aqua faciat picere supra caput.

¶ Et pro illo ardore vrine debet dimittere
sal quantum est ei possibile ⁊ vina potentia ⁊ al
lea ⁊ porri ⁊ cepe ⁊ specialiter omnia ista cru
da ⁊ omnia acuta ⁊ valet ei purgatio cũ cas
sia ⁊ in casu quo esset multũ molestatus vtet
capere in mane.ʒ.i.p vice trocischorum alka
kengi sine opio.cum.ʒ.iij.aque endiuie ⁊ co
medat multã liquiciã ⁊ bibat loco vini iuleb
violati temperatum cum aqua ordei ⁊ itret
sepe thinam aque tepide in qua nõ recipiat
frigus nullo mõ nec calidũ sibi displicens.

¶ Pro aliis rebus credo cum adiutorio dei
illud quod dixi sibi sufficere.

¶ De tussi cattarralis preparatio ad ptisim

Dispositio huius viri egregie F.
Johannis de spoleto annorum fe
re.xxxvi. est tussis cattarralis
ex qua preparatus ẽ ad ptisim

nã q2 pectus habet strictum ⁊ longũ collũ. ⁊
cũ flegmate a capite descendente multa pmi
scetur pars subtilis ⁊ salsa cũ parte alia gros
sa viscosa ideo penetrat faciliter in vias pul-
monis ⁊ coartatur ⁊ diu moratur ꝓpter exi
tus difficultatem ⁊ quendam recipit maneri
em putredinis.vñ ad fũdũ descendit multoci
ens ei⁹ notabilis ps.sed q2 sine febre ẽ penit⁹
nec putredo odore pcipitur in sputo cu3 sup
carbones picitur nec est multum pternatura
liter macrefactus.ideo putam⁹ non eẽ factu3
vlcus in pulmone.Considerata generali com
plexione difformi in suis membris cum cali
do epate frigido capite ⁊ stomacho ⁊ macilẽ
cia nãli ⁊ tussi ⁊ catarro ⁊ mõ cõpositionis
pectoris ⁊ colli ⁊ capitis debilitate ĩ recipien
do fumos vr nobis eũ hoc debere vti regimi
ne pseruatiuo a futuro malo ⁊ curatiuo pñtis
dispõis q statim scribẽs. ¶ Sit aer sue ha
bitatõis clarus sicc⁹ euẽtat⁹ tpamẽto in cali-
ditate ⁊ frigiditate vicin⁹. Et caueat ab aer
humido nebuloso.⁊ locorum infusorum ⁊ vapor
lacimarum ⁊ cloacarum ⁊ a vẽto meridionali ⁊ sẽ
ptẽtrionali ⁊ nimio frigore capitis oĩo l3 cali
ditas nõ debeat eẽ multũ excessiua. Modus
ãt ẽ q habeat camerã in loco alto ⁊ remoto.
⁊ a reb⁹ humidis ⁊ putridis ⁊ sit inter duo
solaria ad orientẽ apta ⁊ in mãe pmittat p
duas horas euentãi ⁊ recipe radios solis. de
inde claudat vt o3 p aliis dispõib⁹ nec apia
tur cũ ẽ pluuia aut ventus vel nebula nec in
tpe frigido valde stet sine igne facto de lignis
siccis sine fumo. ¶ Cib⁹ ei⁹ sit panis ex opti
mo frumẽto sui ãni mũdo a superfluis. ⁊ colle
ct⁹ de sana messe ⁊ sit farina mũda a furfure.
⁊ sit tpate fermẽtat⁹ ⁊ coct⁹ nõ nimis ⁊ hẽat
ad oẽs.x.libr.paste pmixtũ puũ de mastice
puluerizata.s.ʒ.iiij.⁊ fugiat panẽ azimũ aut
nõ bñ coctũ aut nimiũ fermentatũ.
¶ Carnes ouenĩẽtes sunt pullorum ⁊ gallinã
rũ ⁊ caponũ mediocriter piguiu3 ⁊ iuuenũ p
dicũ fasianorum puarum auiũ sicut turdorum alau
darum ⁊ morarolorum ⁊ similiũ ⁊ edorum lactenti
um puorum ⁊ vitulorum lactentiũ puorum ⁊ castrã

e 2

toꝝ aĩaliũ lepoꝝ capꝛioloꝝ iuuenũ pipio ⁊ nũ volare incipientiũ ⁊ turturũ nõ nimis pinguiũ ¶ Et ex carnibus eligat nõ multũ macilentes nec animalia impinguata sed carnes animaliũ sanoꝝ exercitatorum ⁊ ꝓcipue que sunt in anteriori parte ⁊ ĩ dextro latere ⁊ sint carnes ñ pinguedo vel caro lassa ⁊ fugiat carnes veteres ⁊ nouiter natas porcorum ꝑserti nutritoꝝ in domo auiũ aquaticaꝝ sicut anserum mergorum ⁊ anatum ⁊ similium. Et oĩa interiora animalium ⁊ capita ⁊ colla nisi forte epar galline vel pulli aut gallorum testiculos quibus vti potest secure.

¶ Oua gallinaꝝ recẽtia cõueniunt capiẽdo vitellos nõ albumẽ ⁊ sumãt tremẽtia nõ indurata. Sed auserũ ⁊ anatũ oua sunt mala. caseus vitetur ⁊ sanguis animaliuȝ lacte vti potest. sed cum modis quos dicã in speciali suo capitulo ¶ Pisces omnes vitet. si tamẽ aliquibus vti velit sint puri ⁊ ex flumĩe petroso aut libero mari aut schopuloso ⁊ sit squamosi sed oĩo melius est nullũ ex eis sumere.

¶ Herbaꝝ ꝯuenit vsus hoc mõ quia potest vti ferculo de blita de spinagijs cum menta feniculo petrosilino. origano. calamento. pulegio. ysopo canella roꝛe marino saluia ⁊ talibꝰ odoꝛiferis. sed salaticia cruda nõ sumat. modo tuschorum nisi forte in estate vteretur tp̃e magis estꝰ lactuca ⁊ endiuia ⁊ cicorea.

¶ Ex oleribus ⁊ radicibꝰ potest vti caroto siue pastinaca rubea ⁊ rapis ꝯueniũt elixata ⁊ enula. ⁊ in estate medulla citrulli parua q̃titate mellonũ. Sed porrum allea raffanum cepas ⁊ similia acruminam ⁊ cucurbitam. ⁊ melongenã omnino dimittat. capes autem põt sumere ¶ Ex fructibus ante prandium vtatur vuis ficubus recentibus ⁊ siccis qbusdam pſicis ⁊ paucis ceresis iuiubꝛis ⁊ moris vti potest. Post prandium amigdalis dulcibus cum zucharo citonijs coctis ⁊ piris coctis cũ aniso aut feniculo nespilis sorbis granatis melius tñ est vt fructus ⁊ olera dimittãtur. aut parum de eis sumatur via cibi. fõgos ⁊ tubera omnino dimittat.

¶ De granis potest fercula facẽ ⁊ grnoꝝ farina sicut amido farre oꝛdeo ⁊ est optimuȝ qñ decoquitur cũ carne miliũ etiã farina ciceruȝ ⁊ lentibus vti potest ⁊ bꝛodio ciceꝝ alboꝛuȝ ⁊ rubeoꝛum rizzo etiã cũ carne pingui cocto quandoq; vti potest. ſȝ victualia de pasta farine frumenti dimittat sicut laganas pastillos ⁊ similia.

¶ Carniũ ꝑparatio omnibus pensatis ẽ melioꝛ elixatura q̃ assatura aut frixio. sed si assum comedit]. sit illud qđ remotũ est aperte adusta ⁊ q; nõ cũ lardone salito fuit conditũ nec vllo mõ suffocata comedat sicut tartocleas ⁊ crustatas ⁊ similia cum suffocatoꝛio ⁊ cum sint diuersa pꝛeponat subtilia grossis.

¶ Nõ ꝯmedat]. i. eadẽ vice multa cibaria varia sed de vna manerie ꝓ vice ⁊ oĩo cauete a nimia repletione ⁊ q; in secũda vice nõ comedat]. nisi pꝛimũ cibũ bñ digesserit]. ⁊ ñ plĩmũ bibatis. imo ẽt sit ꝑcitas in cibo ⁊ potu oĩino quãtũ põt cũ ꝯstantia virtutis tollerare.

¶ In sapoꝛibus vitate hñtia sapoꝛes acutos. sed sumat acetosum vt aceti ⁊ arantij ⁊ similiũ ⁊ gaudeatis mediocrĩ dulcibꝰ ⁊ illis vtamini.

¶ Potꝰ oĩuȝ ꝓ eo nũc melioꝛ est aq̃ mellis que sic fit. ℞. mellis optimi pallearis coloꝛis ⁊ nõ multũ liquidũ nec multũ duri granosi. sed pinguis ⁊ sit boni odoꝛis. libr̃. i. aque clare ex fõte aut pluuialis. libr̃. viij. buliat simul lento igne semp deponendo spumã vsq; ad medietatem consumptionis. Sed si aquam mellis solam non vultis sumere immo cum vino. tunc potest medietatem quantitatis mellis dicte sumere cũ equali aque mẽsura ⁊ accipe ex hac aq̃ tres quartas ⁊ quartã vnã vini. Sed melius est ꝓ certo tempoꝛe vinuȝ dimittere oĩo. si autem vinuȝ sumitis sit bñ temperatum sit paucum sit album ⁊ sit dulce ⁊ ſbtile. ⁊ in nullius potus quãtitate habundet. ⁊ pꝛecipue post prãdiũ vel cenam.

¶ Laudo vt bis in die comedatis ſȝ minꝰ in sero q̃ in mane q̃si de tertia pte ⁊ bibatis minus ⁊ dimittatis ferculũ in sero ⁊ semper

comedatis actu calidū in hyeme ⁊ in estate
pauce caliditatis sed nūq̄ ↄgelata ⁊ frigida
nisi in estate calida nec potetis aquā vehemē
ter frigidam aut vinū. sed caloꝛ aliqualiter
eas ab extrema frigiditate remouerit nec tñ
vsq̄ ad tepiditatem duxerit.

¶ Exercitium in quo caput loborat nō lau
damus. sed bene vbi residuū corpis quiescen
te capite sed melius est facere omni die frica
tiones postquam habueritis ventris benefici
um ⁊ fiant ad totum corpus sub capite tra
hendo inferius ꝑ mediā hoꝛā omni mane ita
vt rubeant crura ⁊ spatule ⁊ nates ⁊ brachia
⁊ coxe. sed exercitiū scribendi depresso capi
te. aut statim post comestionem est malum ⁊
omnis foꝛtis motꝰ corpoꝛis pleno stomacho
est vitandus. ¶ Sompnus sit in nocte ⁊ nō
in die ⁊ si de die sit in mane ante tertias ⁊ sit
sex hoꝛarū ⁊ sit incipiens duabus aut tribus
hoꝛis post cibū ⁊ sit in principio sup dextro
latere. deinde voluamini sup sinistrum ⁊ ibi
sompnū vestrum complete. ⁊ postea si iacetis
redeatis super dextrum sit etiā in camera be
ne clausa boni aeris vt supra dicitur. ⁊ non
frigida ⁊ sit capite bene leuato ⁊ cum dormi
et sit bene coopertus pannis. sompnū autem
meridianum ⁊ resuppino corpoꝛe ⁊ statī ꝑꝰ
cibū ⁊ pꝰ nimiam repletiōem ⁊ sub radijs so
lis aut lune ⁊ in loco frigido vel ventoso vel
humido omnino vitet.

¶ Nūquā dū bonus est appetitꝰ in vice vna
ad saturitatem comedat sed recedat a mēsa
adhuc reliquijs famis remanentibus. ⁊ vt ē
predictū vinus satis repleatur in cena q̄ ī prā
dio ꝙ si erroꝛ cōtingat de multis comedendo
semel sequenti die abstineat ⁊ post illū cibū
longo tempoꝛe incedat suauiter ⁊ continue si
ne requie vł quiete ⁊ cum senserit cibū descen
disse de stomacho. s. x. hoꝛis post sumat me
dium ciffū vini puri odoꝛiferi.

¶ Adhibeat diligentiam ꝙ omni die semel
heat beneficium vētris ad minus si non cum
alio faciat aut clistere aut suppositoꝛiū aut ī
mane ante prandiū sumat paruū. ʒ. s. pulpe
cassie ⁊ statim prandeat.

¶ Venereis autem si potest ex toto abstine
at sui autē regula est vt q̄ minus potest ⁊ ñ
sit statim post comestionem sed post comple
tam digestionem in stomacho per duas ho
ras. ⁊ sit post sompnū. s. in auroꝛa vel circa
deinde parum doꝛmiat.

¶ Caueat ab ira doloꝛe tristicia clamoꝛe ri
xa saltu extensione corpoꝛis ⁊ vomitu.

¶ Post suos cibos semper sumat de dyaci
toniten cum zucharo sine speciebus. aut de
coriandris preparatis. ⁊ cū pauco zucharo
coopt. ⁊ bene masticet aut granatis.

¶ Confert etiam introitus stuffi bis ī mense
⁊ precipue cum vellet se lauare ita ꝙ anteq̄
lauetur stomacho ieiuno ingrediant stuffam
⁊ faciat pici aquam calidam super suis pe
dibus ⁊ manibus ⁊ testiculis. deinde asterga
tur ⁊ egrediat̄ non madefacto capite.

¶ Et pꝰea bene cauēdo a frigoꝛe egrediat̄
stuffam ⁊ se induat postquam sudauerit ⁊ su
doꝛem in lecto traxerit ⁊ faciat se lauari ca
put cum lixiuio in quo omni vice buliat assa
ri. lauri. sticados. arabici ⁊ rosarum rubeaꝝ
añ. M. i. ⁊ faciat se postea bene tergi ⁊ sicca
ri cum pannis calidis ⁊ bene se a frigoꝛe pro
ea die custodiat.

¶ Sup caput poꝛtet cōtinue sacculū de sin
done de grana aut ex pāno multū sbtili ī quo
puluis iste sit dispersus. ℞. mente maioꝛane
sticados arabici. añ. ʒ. i. folij nucismuschate
macis. añ. ʒ. s. gariofiloꝝ. ʒ. s. cimatura scar
letti. M. i. hec omnia disponant̄ cōueniunt in
sacculo facto ad modū bireti ⁊ tempoꝛe sal
tem frigido nocte dieq̄ teneatur ⁊ permittet
pulueres cū viderit odoꝛem debitū remoue
re ⁊ caput habeat abrasum omni septimana.

¶ Bonū est immo necessariū ꝑ nunc vt sem
per in mane in auroꝛa bibat vnū ciffū. ʒ. vi
de ista decoctione. ℞. ficuū siccarum nūero
vi. iniubarū numero. xij. dactiloꝛum nume
ro. iij. liquiricie munde ⁊ rase. ʒ. s. seminis ci
toniorum. ʒ. ij. radicū althee. ʒ. ij. semis mel
lonis citruli ⁊ cucumeris ⁊ cucurbite mūdati

an̄.ʒ.i.hec omia buliant cū.ʒ.ij.passularum cum libr̄.iiij.aque quousqꝫ remaneant due ⁊ coletur ⁊ addat̄ mellis despumati.libr̄.ʒ.Et buliat parū ⁊ coletur ⁊ sumatur bene calida ⁊ super dormiatis ⁊ quiescatis in lecto post ꝑ horam.

¶ In sero quando vaditis dormitum nō ꝑtermittatis quin in ore suo sumat.ʒ.ʒ.loch qꝫ statim discribetur ⁊ teneat illud inter dentes ⁊ genam ita vt tarde eliquatur ⁊ ipe assuefiat dormire cū isto electuario siue loch in ore vt paulatim labatur ad pulmonem.℞.loch sani ⁊ expti.ʒ.quatuor loch boni ptisicis. ⁊ cōsumptis qꝫ hoc modo describit Mesue in suo antidotario.ʒ.quatuor pulmonis vulpis sicci.ʒ.ʒ.succi liquiricie feniculi capillorꝫ veneris.an̄.ʒ.ʒ.mellis despumati.ʒ.viij. omia simul misce ⁊ sumatur vt supra dicitur.

¶ Item si de isto loch in mane ⁊ in die sepius sumat in ore est multū ꝯueniens.

¶ Nitat̄ habere multas pulmones vulpis ⁊ facere siccari.aut in furno non multum calido in hyeme aut sine furno in estate ⁊ postea puluerizentur.ita temen siccentur qꝫ non cōburent̄ ⁊ de hoc puluere cum aqua quam dixi supra sumendam omni mane que est decoctio rerꝫ quarundā pectoralium sumant.ʒ.ij ꝑ vice ⁊ hoc semꝑ qn̄ habere pōt.

¶ Recipiat nisi aluus fluxus sibi supueniat bis in mense.ʒ.i.istarum pillularum.℞.pillularum de gera de octo rebus.ʒ.i. mirabolanorum masticis.an̄.ʒ.i.aloes.ʒ.ij.agarici.ʒ.ʒ.salis gemme.ʒ.i.succi liquiricie.ʒ.i. ʒ. fac pillulas ⁊ si oportet reformentur cum aq̄ pectorali vel aqua mellis ⁊ sunt quasi sine custodia sumātur tamen tribus horis ante diē ⁊ tarde comedatur.

¶ Quando autem pillulas capere nō valetis qꝛ in eadem medicatione longa medicine sunt ꝑmutande bonum est habere gallum veterem rubeum audacem mediocreꝫ inter macritudinem ⁊ pinguedinem ⁊ q̄to est ātiqor tāto melior ⁊ ipm̄ fatigare vsqꝫ qꝫ non amplius se tenere possit.deinde decapitari ⁊ euiscerare.⁊ antequam fatigetur bonum est vt nutriatur cuꝫ granis in melle positꝭ. deinde.℞ aque.libr̄..xx.salis gemme.ʒ.i.ysopi cartami.ʒ.i.ʒ.⁊ cum gallo dicto hec omia buliāt lento igne quousqꝫ gallus sit coctus sine noue aque additione ⁊ aque remanserint libr̄. iij. ⁊ sumātur de isto brodio in mane.libr̄.i.cuꝫ ʒ.i. zuchari rubei calida ⁊ est solutiuū leue pectus bn̄ mūdificans.

¶ In principio autem v̄is.f. circa Martij principiuꝫ debet purgari primo sumēdo hūc syrupum sex diebus calíduꝫ in aurora ⁊ dormiendo aliquantulum post.℞.syrupi de liqricia syrupi de ysopo.an̄.ʒ.ʒ.syrupi acetosi compositi.ʒ.i.cum decoctione ficuum siccarꝫ liquiricie passulorum seminum citoniorum radicum althee.an̄.ʒ.ʒ.nucismuschate.ʒ.i. sticbados maiorane.an̄.M.i.⁊ syrupus est pro vice vna.res autem decoctionis sufficiūt pro triib⁹ vicibus buliendo in aqua libr̄.iij. quousqꝫ remanet libr̄.i.

¶ Sumpto syrupo sex diebus sumat die septima has pillulas duabus horis ante diem ⁊ super dormiat ⁊ cum dormiuerit hora vna non amplius dormiat ⁊ cum inceperit vēter bulire surgat ⁊ sit i camera bene clausa cū pauca lumine continue duꝫ medicina operatur ⁊ quando videtur non amplius operari. tunc bibat libr̄.ʒ.aqua ordei cum.ʒ.i.zuchari ⁊ bibat eam calidam ⁊ per vnam horam post prandeat ⁊ tota die sibi vehementer caueat a frigore.Iste sunt pillule.℞.pillularꝫ cochiarum.℈.ij.pillularum de agarico.℈.i. confice simul.Et sumant omnes in vice vna.

¶ Si cum predictis remedijs pur nimium cattarrizaret caput.tunc faciat fieri emplastrum sinapissimum super parte anteriori capitis in loco vbi medius digitus manus attingit posita radice manus super cuspide nasi ⁊ ibi facta rasura quatuor digitorum circū circha superponatur emplastrum : quousqꝫ vesice in loco appareant que aperiant̄ ⁊ diu

apte teneantur.

¶ Adueniēte vere bonū eēt dimissis illis poti bus de mane ꝙ sumeret ex lacte capre in mane in aurora.℥.iiij.stati sicut ab vbere mulgetur cum.℥.i.mellis despumati ⁊ hoc cōtinuaret duobus mensibus.cum autem ī mane ipsum biberit nō dormiat post ipm sed quiescat aut si habet alia facere leuiter ambulet ⁊ non comedat nisi prius bene senserit lac descēdisse de stomacho ꝛc.

¶ De Tussi catarralis. 28

Iste nobilis iuuenis Felix ð pergamo albe ⁊ delicate ꝯplexōis ⁊ nāliter macre ⁊ hūidi capitis patitur tussiꝫ catarralē a q̄tuor mēsibꝰ citra.⁊ aliqñ passus ē q̄sdā febriculas.⁊ ē extēuatꝰ aliquātulū respc̄u soliti.⁊ sputa sua q̄ facit in aq̄ descēdūt ad fūduꝫ fere rotūda. ꝫ nō fetēt dū ꝓiciūt sup prunas.⁊ iō intelligitur ꝙ est ꝓpiquꝰ vlceri pulmōis. Et iō cū oī diligētia ⁊ sūmo studio dꝫ vacari vt sanitati restituat.⁊ ego dabo sibi ꝯsiliū ⁊ deus sit dator auxilij. Dimitto ibi regimē sex rerū nō nālium ⁊ recurre ad ꝯsiliū.xxvi. Et est ꝯsilium d. Johānis de spoletto in eodē qnrno ⁊ etiaꝫ alie due res que etiam reperies in eodē pcedenti consilio. Itē vsq̄ ad vnū mēseꝫ bibat oī mane.℥.ij. boli armeni ⁊ sit de electo distēperatas cum vino maluatico ⁊ aque buglosse aā.℥.ij.q̄tuor horis ante cibū. Itē in prandeo ⁊ in cena sumat post cibū.℥.i.zuch.rof. noui istiꝰ āni. Item in fine mēsis si adbuc apparent sputa descēdentia in aqua recipiat oī mane p octo dies bunc fumū ita ꝙ anhelādo fumus veniat ad pulmonem ℞.boli armeni ℥. i.ponatur in vase terreo ad ignē ita vt vehementer calefiat ⁊ ꝓiciatur sup ipsum aqua rof. paulatim ita ꝙ fumet.⁊ ille fumꝰ recipiatur.⁊ obseruet diebus illis regimē predictū ⁊ nō dimittant potus boli armeni neq̄ loch. tenēdo de nocte. Qꝫ si hec oia nō sufficient recipiat hunc fumū octo diebus ℞.arsenici citrini.℥.iij.aristol. rotūde mirre storacis sicce. thuris aā.℥.i.puluerizēt hec omia sbtilissime ⁊ fiāt forme similes auellanis cuꝫ butiro vaccino recenti.⁊ ponatur super prunas ⁊ super illis ponat coopertorium quod habeat cānulam pforatam. ⁊ illam cānulam ponatur in ore ⁊ traiciat fumum omni mane vnam formā ex dicta compositiōe quousq̄ venerit fumus ab ea.⁊ hoc tribus horis ante cibum ⁊ in hoc tempore nō bibat bolum armenuꝫ.sed statim postq̄ receperit fumuꝫ bibat.℥.iiij.aq̄ ordei.⁊ comedat.℥.5.butiri vaccini recentis ⁊ hoc fiat octo diebus.nisi fortassis medicus presens perciperet ipsum nimis calefieri.⁊ si pcipiat faciat ipsum abstinere ab hoc fumo quibusdam diebus.⁊ abstineat a cibis calidis.⁊ accipiat syrupum violatum de mane cum.℥.ij. aque ordei. Et comedat pro tunc ptisanam ordeaceam quousq̄ cessat caliditas ⁊ reddeat tunc ad fumuꝫ quousq̄ ipsum octo vel nouem vicibus receperit.

¶ Confert etiam ei ante vsum fumoꝝ ꝙ de mane faciat sibi fricari partem anterioreꝫ capitis cum aqua vite tepida. Et ꝙ aliquādo masticaret grana.x. masticis.spuendo illud quod venit ad os de flegmate.⁊ ista puto cū adiutorio altissimi sibi sufficere.

¶ De tussi cum sputo sanguinis clari ⁊ rubei. 29

Ista nobilis domina iam sūt quasi duo anni incepit spuere sanguinem claruꝫ in rubore cum tussi nō valde forti.⁊ ex interuallis spuebat nō tamen multum pro vice ꝫ modo quasi sunt sex menses psentiendo ad modum titilicationis circa superiora pectoris leui superueniēte tussi exspuit quasi circa libr. vna sanguis in vna die. Et pꝰea plibꝰ diebꝰ screauit sanguieꝫ ⁊ tandē cū ad eā fui vocatꝰ

febriebat ↄtinue leui febriula ⁊ ex interuallis si ne ordie magis affligebat̃ ⁊ sẽtiebat salsedinẽ in ore ⁊ macrefacta erat. ⁊ cũ spueret ĩ aqua multa sputa descẽdebãt ad fundum nõ tamẽ fetebant quãdo sup carbonibus ponebantur ⁊ macrefacta erat maxime ꝑpter longitudĩeꝫ duaꝝ tercianaꝝ a quibꝰ de ꝑpe liberata fuerat ⁊ patiebat̃ tussiꝫ satis frequẽteꝫ ⁊ adhibitis remedijs ꝓ ad ↄstringendũ sanguĩeꝫ. scdo ad mũdificãdũ pectꝰ. Tertio ad tpandũ acuitatẽ cattarri ⁊ cause eiꝰ euacuatõeꝫ ⁊ ꝓhibitionẽ descẽsus. Quarto ad exiccandũ pulmonẽ cessauit febris sputa nõ descẽdebãt tussis valde erat diminuta. ipa tñ erat macra ⁊ timẽs ꝑpter istã iteratiõꝫ flobothomie. Itaqꝫ ĩcipiẽtibꝰ vere cũ duobꝰ mẽsibꝰ nõ eẽ flobothomata ⁊ mẽstruis tardãtibꝰ aduentũ suuꝫ ꝓter ↄsuetudineꝫ ĩceperũt eadẽ die mẽstrua venire ⁊ exspuit sanguĩeꝫ cũ tussi no tñ ĩ multa quãtitate deide nõ obstãte flobothomia sibi semel admĩstrata in vere tñ bis passa ẽ sputum sanguis cũ tussi. ꝫ grossioris ⁊ nigrioris ↄsueto. Ita tñ ut plane ĩtelligeret̃ vñ veniret ⁊ postea vbi ↄsueuerat habũdare mẽstruis ⁊ egrediẽtibꝰ calidis ⁊ anticipãtibꝰ mẽseꝫ paucificata ⁊ postponũt neqꝫ ita calida egrediunt̃ ꝙ putanduꝫ est euenire ꝑpter vsũ regimis ⁊ mediciaꝝ ad ꝓhibendũ sputũ sanguis parũ tñ tussit ⁊ est sine febre ⁊ sputa raro descẽdũt ad fundũ ⁊ nõ sunt multa. Itaqꝫ mihi videt̃ nunc ponẽda in capitulo de ꝓpatõe ad sputũ sanguis ex catarro acuto ex sanguĩs sbtilitate ex pectoris ꝓpatiõe nãli cũ illõ habeat strictum ⁊ allatũ ⁊ ꝑpter debilitatẽ ↄsolidatiõis ex ꝓterita fractura ⁊ cũ hoc cũ suspitiõe facil̃ casus in ptisim nisi fortassis iã ĩcidisset eã sed occultaret̃. Et iõ scribã sibi regimẽ distictum ⁊ clarũ in sex rebꝰ nõ nãlibus. ⁊ post hoc modum ꝓseruandi cũ medicinis ⁊ rebꝰ sibi proporcionabilibꝰ ĩuocato diuino auxilio.

Dico igitur ꝙ in primis dꝫ habitare aerẽ tpatuꝫ in calore ꝫ siccũ ⁊ cauere sibi a vẽtis septentrionali ⁊ australi ⁊ a stãdo sub radijs lune ⁊ solis. Et in tpe hyemis calefiat aer suꝰ cũ igne facto de lignis siccis nõ de carbonibꝰ suffocatis tpate tamen ita ꝙ oĩno nõ habeat supfluitatẽ frigoris neqꝫ caloris neqꝫ hũitatis. ⁊ loca mõtana sũt sibi meliora ꝙ̃ valliũ. ⁊ camera sua debet hr̃e fenestras vsus oriẽs ꝑ q̃s dimittat solẽ ingredi de mane saltẽ ꝑ vnã horã ⁊ postea claudãtur in tẽpe estatis ⁊ vitet aerẽ fetiduꝫ qualitercũqꝫ ⁊ valde fumosũ ex fumis stercorũ vel vrine imo sit clarꝰ ⁊ si fiat odoriferꝰ cum rosis ⁊ pomis ⁊ in estate cum ramis salicũ ⁊ vitiũ ⁊ pomoꝝ erit valde vtilius. In stuffa vero vel in balneo calide aq̃ nullo modo stare debet.

Nõ debet oĩno quiescere ꝓsertiꝫ in tpe in q̊ ↄstricta est vena imo ambulare de mane ante prandium aut per domum aut per alia loca tempato leui deambulatiõe. ita tamen vt nõ fatiget̃ ⁊ nõ dimittat qn de mãe ſp anteꝙ̃ surgat a lecto faciat sibi bñ fricãi pedes ⁊ crura ⁊ coxas ⁊ nates ⁊ ventrẽ satis nõbili tpe Postea vero faciat fricari brachia leuiter ⁊ tandẽ qñ surrexit faciat pectinari caput motum autem fortem siue ambulandi siue ascẽdendi siue descendendi siue equitandi ⁊ portare aut leuare onera ⁊ multũ se extendere. ⁊ clamorẽ fortem ⁊ multum insufflare dimittat omnino. sed quando actu fluit sanguis quiescat omnino.

Sõpnus eius debet eẽ mediocris ⁊ in die naturali nõ transeat septem horas ⁊ dormiat in camera temperati aeris capite bene eleuato ⁊ sup aliquo laterũ ⁊ mediocriter coopertа. ⁊ in lecto non valde calido ⁊ de nocte potius ꝙ̃ de die ⁊ si nõ potest vitare diurnuꝫ sit de mãne ante tertias ⁊ somnum meridianũ vitet omnino ⁊ videt̃ mihi ꝙ melius ẽ ei dormire super latere dextro quam super sinistro.

Et oportet vt ꝓuideat de beneficio ventris ꝙ hẽat ipsum omni die saltem semel sicut est consueta ⁊ in cãu quo hoc deficẽt seq̃nti die iuuet se cũ clistẽ cõi vl̃ suppositorio ⁊ ñ alr̃ sed meliꝰ ẽ clistẽ ꝙ ẽ multũ mollificatiuũ cum multo oleo ⁊ cum modica pulpe cassie.

et nō faciat clisteria propter que hēat multā
necessitatem ꝑmendi.

¶ In cibis oꝫ ꝙ sumat frōs ꝯsolidatios gluti
natiuos ⁊ ꝓhibētes sāguinis feruorem et pro
certo hac estate bonū ē ꝙ ponat oēm diligen
tiā in obſuatōe totiꝰ regis maxīe cibi qꝛ i eo
ē maior inclinatio ad errorēꝫ. dicā ergo illud
ꝙ dꝫ fieri et ipa accedat q̄tū ꝓpe poterit.

¶ Panis eiꝰ sit ex optia farina frumēti mū
da a furfure ⁊ frumētū sit bn̄ mundū ab alijs
granis ⁊ collectū de sana messe ꝓpe primū an
nū ⁊ ꝙ sibi nullū aduenerit nocumētū putrefa
ctōis vel calefactōis ⁊ dꝫ eē panis bn̄ ꝯmassa
tus siue pistus ⁊ ꝯuenienter coctꝰ ꝉ n̄ dꝫ eē ni
miū fermētatꝰ ⁊ sine sale ⁊ comedatˀ pꝰq̄ꝫ re
cedit calor furni ⁊ nō comedatˀ pꝰ quartā diē
⁊ faciat remoueri primā corticē.

¶ Carnes optet ꝙ sumat in modica quātita
te potius grā delectatiōis ⁊ sint carnes nō ca
lide sed viscose. ⁊ tamen facilis digōnis ⁊ de
scendēdo ad ꝑticularia sicut carnes iuxta ge
nua ⁊ alias iūcturas vitulorꝝ ⁊ silr edorꝝ. aut
castratorꝝ aialiuꝫ. ⁊ pedes istorꝝ aialiuꝫ ⁊ ro
stra porcorꝝ iuuenū ⁊ pedes eorūdem ⁊ preci
pue siluestriū ⁊ tollerantˀ carnes capriolorꝝ ⁊
leporū ⁊ ceruorꝝ iuuenū ⁊ tortuce. Sꝫ in aui
bus carnes ꝑdicū ⁊ alaudarꝝ sūt meliores ⁊
pedes pullorꝝ ⁊ ēt sūt boni ipi pulli ⁊ fassiani
iuuines ⁊ turdi ⁊ merli qn̄ nō sumatˀ nimia
q̄titas ⁊ silr turtures mediocritˀ pigues ⁊ q̄l
lie iuuēcule mediocriter pigues. sed passeres
⁊ colūbi ⁊ anates ⁊ anseres ⁊ boues ⁊ breuitˀ
carnes nō natate sūt sibi incōueniētes tn̄ ꝓpˀ
diuersas causas de istis carnibus tollerat ꝙ
comedat de capite ⁊ collo ⁊ vētre ⁊ itestinis.
Iterū repeto ꝙ de oībꝰ nō sumat nimiā q̄ti
tatē nec sumat multā pinguediēꝫ.

¶ De ouis sumātˀ parump decocta ita ꝙ te
neant se ⁊ nō sumantˀ in multa quātitate ⁊ co
medantur cum albumine suo.

¶ Lac ꝙ est ei ꝯueniens melius est lac cap
rum ꝙ ꝑmittatur stare quousqꝫ extrahatur
butirum ⁊ postea coquatˀ aut buliēdo ad ig
nem vsqꝫ quo coaguletˀ aut ponendo in eo la
pides ignitos de flumie vna vice post aliam
tm̄ ꝙ coaguletˀ qn̄ hoc mō ꝑparatū est sibi ci
bus in medicia ⁊ ad hāc intentionē pōt vti la
cte vaccino ⁊ pecudino. ⁊ silr caseꝰ recēs ab s
ꝙ sale ē ei ꝯueiēs maxīe ex capris ⁊ pōt sume
re ꝉ mō ꝫūchataꝫ siue lac coagulatū. sed san
guinē nō comedat. caseum vero salitū ⁊ anti
quū vitare debet. et potest vti ad impinguen
dum cibus suos butiro recenti absqꝫ sale et
similiter potest vti oleo facto de oliuis non
bene maturis.

¶ De piscibus aliquando pōt comedē ⁊ sint
recentes ⁊ iuuenes boni odoris ⁊ boni sapo
ris sed nō comedat nimis frequēter nec nimi
am q̄titatē ⁊ dimittat vehemēter magnos ⁊
salitos. ¶ Grauaros aūt ⁊ cancros de aqua
dulci elixes pōt comedere. ¶ De graniscō
ueniunt ei far ⁊ similiter rizzum ⁊ ordeū fra
ctū ⁊ farina ordei ⁊ lentes. sed ꝑpter varias
causas dimittat reliqua legumia ⁊ grana ni
si panicū ⁊ milliū que duo sibi valde ꝯueni
unt ꝑ ferculis ⁊ si vtatˀ ferculis factis de pa
sta frumenti sicut lagane ⁊ pastilli ⁊ similia
sit parum. ¶ De herbis maxime conueniēs
est portulaca ⁊ cruda ⁊ cocta. ⁊ tenere eam i
ore ⁊ deglutire succū eiꝰ ⁊ silr ꝯuenit acetosa
⁊ lactuca ⁊ endiuia ⁊ cycorea sed dimittantˀ
acute sicut erucha ⁊ sinapi ⁊ basilicon ⁊ yso
pus ⁊ amara sicut abrothanū ⁊ similia ⁊ tol
lerantˀ borago ⁊ buglossa ⁊ blita.

¶ De fructibꝰ ꝯueniūt ei pira ⁊ citonia ⁊ ne
spila ⁊ sorba ⁊ corna ⁊ pōt comedē aliq̄ cere
sa de vehementer duris ⁊ aliq̄s vuas duras
stipticas valde ⁊ castaneas. ⁊ tollerantˀ aliq̄
amigdale ⁊ poma stiptica vel odorifera. fi
cus autem ⁊ dattili dulces ⁊ vue mature di
mittantur ⁊ fistici ⁊ nuces sed tamē grana pi
ni ꝑus infusa in aq̄ ēt tollerātur ⁊ similiter cu
curbite ⁊ citrulli ⁊ granata stiptica si pōt ab
stineat a mellonibꝰ sed pua quātitas nō faci
et notabile nocumentum ⁊ dimittat fructus
salitos sicut caperes ⁊ oliuas. Et de radicibꝰ
tollerātur rape. sed dimittat oēs acutas si
cut raffanū ⁊ cepe ⁊ alleū et porros et his silia

¶ Fongi ⁊ tubera ex hoc capite nō vituperēt̄ sed quia optet ꝙ comedantur cuȝ pipe ⁊ sale melius est ꝙ dimittantur.

¶ Carnes sue ⁊ alij cibi ꝯdiantur cū agresta sine sale vel vino citonioꝝ vel vino ḡnatorū muzoꝝ ⁊ meliores eēnt si comedant̄ frigidi: ⁊ si fiant gellatine. aut sapores cū mirtillis. ⁊ agresta ⁊ succum caprioloꝝ vitis ⁊ agresta recenti ⁊ dimittat piper ⁊ similia aromata. ⁊ nunq̄ nimio repleatur cibo vel potu.

¶ Potus eius sit vinū rubeū stipticū temp/atū cū aqua extinctōis ferri aut cum aqua rosata ⁊ caueat vina multum potentia.

¶ Caueat sibi ab ira ⁊ tristicia. ⁊ nimia cogitatione ⁊ p̄cipue a gemitu ⁊ rixa. ⁊ licet sciam ꝙ nō optet tamen ꝓ ꝯplendo totū caueat a venerijs ego tamen scio ip̄aȝ ꝯtinentissimā Et hoc de regimine.

¶ Quantū ad cyrurgiā ⁊ vsum medicīaruȝ optet principaliter attēdere ad quatuor. Primū est ꝓhibere augmentū sanguis. Scōm ē ꝓhibere eius acuitatem ⁊ feruorē. Tertium est ꝓhibere sanguis subtilitatem. Et quartuȝ est fortificare ꝯsolidationē. nā ꝓhibitio descēsus catharri ⁊ mitigatio tussis hucusq̧ quasi videntur eē ꝯpleta per gratiam dei ⁊ p̄sertiȝ catharri salsi tamen nō euacuabitur in ea cōsideratio etiam ab istis attendēdo etiā ad diuersionem.

¶ Prima ergo oīum rerum ⁊ principijs in huiusmodi preuisione post regimen est flobothomia ⁊ hoc debet fieri de mense in mensem p̄ueniēdo tēpus mēstruationis eius. ⁊ melior flobothomia ī ea ē flobothomia saffene p̄sertim in sinistro pede ⁊ scđo loco est flobothomia basilice de brachio dextro ⁊ optet ꝙ nō multa sit quātitas sanguis qui euacuatur in vice vna imo sufficit ꝙ sit vsq̧ ad. ℥. ij. vel. iij ⁊ in tpe estatis fiat foramen subtile ⁊ ꝯsideretur si putatur multa colera esse in sanguīe. ⁊ tunc p duos dies ante flobothomiā purget̄ cum infusione. ℥. i. mirabolanoꝝ citrinorum ⁊. ʒ. v. optimi reubarbari cum gra. v. spice q̄ duo mediocriter pistata ponātur in. ℥. iij. aq̄ plātaginis parump calide a sero vsq̧ ad mane. ⁊ in mane coletur ⁊ bibat̄ in aurora. hoc enim sufficit ꝯplexioni sue ⁊ soluet eam sufficienter. ⁊ similis ꝯsideratio habeatur in autūpno ⁊ in fine veris. sed in residuo tēpore pōt fieri in flobothomia foramē mediocre ⁊ non optet ꝙ p̄cedat purgatio.

¶ Itē in tempore sue mēstruatiōis optet habere diligētiaȝ ꝙ nō trāseat terminuȝ suū qn̄ cum tardātur in ea vidim⁹ illico sputū sangguinis supuenire. ⁊ ideo si tardāt̄ liget coxas ligaturis fortibus in plerisq̧ locis sepe soluēdo ⁊ sepe ligādo stricte ita vt doleat ⁊ faciat apponi vētosas circa inguina ⁊ in pulpis crurū cum igne ita vt multū attrahāt ⁊ si hoc nō sufficit supponat sibi in collo matricis huiusmodi suppositoriū ꝓuocatiuū mēstruoꝝ: aut aliud ꝺm periciam p̄sentis medici ℞. elebori albi. ʒ. i. mirre. ʒ. v. ꝯfice cum felle thauri suppositoriū ad modū glādis: ⁊ si ñ sufficit ad attrahēdū sufficiēter addat̄ euforbij aut radic. panis porcini. ʒ. i. cuȝ predictis reb⁹ ⁊ totiēs iteret̄ ꝙ cognoscat̄ sufficientē fluxisse q̄titatē.

¶ Iteȝ licet mēstrua sufficienter fluāt in tpe suo tamē qꝛ vidimus ꝙ qn̄q̧ sentit ꝯmotiōeȝ circa pecten ac si eēt vētositas discurrēs ⁊ ꝓbauit ꝙ postea ista talis ꝯmotio paulatī ascēdit vsq̧ ad pectus ⁊ qn̄ est ibi accidit quidā tremor cordis ⁊ dispō quasi timēt. ⁊ postea īcipit ꝯmotio in pulmone ⁊ seqtur statiȝ sputum sanguis. Et ꝓpterea qn̄ incipit sentire in dicto loco pectinis illā ꝯmotōeȝ si nō fuit sufficienter mēstruata ⁊ nō fuit flobotomata faciat statim flobothomiā de saffena. ⁊ postea supponat sibi in collo matricis ꝓuocātia mēstrua ꝙ si fuerit mēstruata sufficienē ⁊ flobothomata. tūc ponat sibi vētosas satis multas ⁊ cum multo igne in inguibus ⁊ coxis ⁊ etiā super pulpis crurū reiterādo pluribus dieb⁹ aut faciat omni die ligaturas dolorosas plībus vicibus in predictis locis.

¶ Oȝ secūdo qꝛ cū sāguie suo pmiscet̄ colēa ⁊ fleugma aquosum ꝙ saltem omnibus duobus mensibus semel purgetur cum predicta

medicina īfusionis reubarbari ⁊ mirabola-
norum in aqua plantaginis. Et si abhorret
īfusionē recipiat has pillulas ℞. reubarbari
electi. ℈. i. mirabolanorum citrinorū. ℈. ſ. ſpice
gra. ij. ↄfice pillulas cum ſucco portulace vel
ſucco plantaginis vel ſyrupo roſato ⁊ ſuffici
unt ſibi p̄ doſi vna. Et optet etiam q̄ vtatur
in tēporibus frigidis ⁊ mediocribꝰ zucharo
roſato ↄcedendo de eo ſatis in prādio ⁊ in ce
na ⁊ de eo faciat fieri multā quātitatem ī iſto
menſe Maij quādo erit Ferrarie.

¶ Itē in tēporibꝰ calidis vtať ante cibum ⁊
poſt cibū hoc electuariū. ℞. ſemis coriādri
ſucci portulace aā. ℥. ij. mucillagis pſillij. ℥. ſ.
aque expſſiōis ſe. portulace. ℥. ſ. dragaganti
⁊ gumi arabici aſſi aā. ℥. i. zuchāi roſati libr̄
ſ. miſce oīa ſil̄ pfecte in mortario. ¶ Itē qū
nō ſumit medicinā ſolutiuā vſq; ad totū futu
rum autūpnū ſumat in aurora. ℈. ij. huiuſ-
modi pillularum ⁊ ſi fuerit dure faciat eas iſfor
mari cū ſucco plātaginis aut aque eius ℞.
corticū cancrorum fluuialiū aſſatorum. ℥. xvi. cori
andri aſſi. ℥. vij. ſemis papaueris boli armēi
terre ſigillate aā. ℥. vi. ſemis portulace roſarū
cum ſuis capitibꝰ. gumi arabici dragaganti
aā. ℥. v. lapidis ematicis loti. ℥. iiij. ypoqſti-
dos. acacie cornu cerui buſti karabe. balau
ſtiarum ſemis mirtillorum aā. ℥. iij. blacebiſantie.
℥. ij. margaritarum nō pforatarū. ℥. i. fac pillu
las cum ſucco plantaginis de qbus ſumātur
vt p̄dicitur. ¶ Item loco iſtarum pillularum pōt
ſumere trociſcos de terra ſigillata deſcriptos
a Meſue in antidotario aut trociſcos de pa-
pauere deſcriptos a Meſue ī capitulo pprio
de ſputo ſanguis ⁊ placēt mihi q̄ multociēs
tempore eſtatis loco bibēt de mane in aurora
boli armeni. ℥. i. ſ. cum. ℥. iij. aque plantagis
⁊. ℥. i. vini odoriferi. ¶ Item ſi accidēt ſibi
ſputum ſanguis tunc ſtatī ieiuno ſtomacho
ſumat. ℈. ij. aut. ℥. ſ. trociſcorum de karabe de q
bus fiunt pillule cū aqua plātagis ⁊ poſt eos
ieiunet qnq; horis ⁊ hoc faciat omni die quo
uſq; viderit fluxum ſanguinis eſſe pfecte con
ſtrictum ⁊ poſtea redeat ad alias pillulas ſu
pius ſcriptas. ¶ Item vtať tenere iuxta cor
huiuſmōi ſaculū ℞. florum boragis ⁊ bugloſ.
aā. ℥. ij. ſandalorum alborum ⁊ rubeorum corallorū
rubeorum roſarum rubearum aā. ℥. ſ. karabe ſpodij
aā. ℥. i. lapidis ematitis optimi. ℥. i. campho
re. ℥. i. fiat puluis in ſacculo lato ⁊ teneať ſup
pectore. Et in tēporibꝰ calidis ponať de pre
dicto puluere in aqua plātaginis ⁊ aque por
tulace aā. libr̄. ſ. ⁊ infundať pecia lini dupla
⁊ ponať frigida ſup corde. ſ. ſb mamilla ſini-
ſtra ⁊ quotiēs ſētiret iflāmationē ī pectore fre
quenter dicta epithimata. ⁊ odoret ſpongi
am īfuſam in dicto epythimate. ¶ Item te
neat ad collū iuxta pectus ſuſpenſū lapidem
ematitū ⁊ pſertim illū q eſt coloris ſanguis
abſq; aliqua lineatiōe: ⁊ p̄cipue ſi de aliq ſci
uerit ī ciuitate quod fuerit pbatus ſicuti ego
ſum expertus in qbuſdam talibꝰ in formā cru
cis ⁊ in formā paternoſter. ⁊ hoc nō negligat
nā in eo īueni nōbile iuuamētū in tpe in quo
dz mēſtruari aut qū facit flobothomiā depo
nat ipm. ⁊ ↄpleta mēſtruatōe iterū reponat.

¶ Itē bis in ſeptimana dimittat illas pillu
las ↄſtrictias ⁊ loco earum ſumat de mane hūc
puluerē. ℞. ſe. pſilij aſſati integri gra. x. gno
rum portulace aſſatorum gumi arabici aſſati
boli armeni aā. ℥. v. ſeīs papaueris albi ſeīs
lactuce aā. ℥. x. karabe aſſate roſarū cū pedi
bus ſuis aā. ℥. iij. coralli aſſi. ℥. iiij. terant oīa
ſubtiliſſime ⁊ fiat puluis de quo ſumat. ℥. ij.
cum aq̄ frigida de mane. hoc. n. medicamen
nō pmittit cadere in ptiſim.

¶ Itē ſepe teneat loch iſtud ī ore ℞. papa
uera. x. cū ſuis corticibꝰ alba meᵃ inť ſicca ⁊
hūida ⁊ piciať ſup ipm aq̄ libr̄. iiij. ⁊ ſi papa
uera fuerint hūida dimittatur p̄ diē ⁊ noctē
⁊ ſi ſit ſicca dimittať p̄ duos dies poſtea co
quātur lēto igne quſq; ↄſumātur due tercie p̄
dicte aq̄ poſtea coleť ⁊ in colatura addať zu
chari ⁊ penidiarum aā. ℥. vi. bulliāt vſq; ad ſpiſ
ſitudiē electuarij. ⁊ tūc deponātur ab igne.
⁊ addať acacie. ypoqſtidos. croci. mīue. ba
lauſtiarum aā. ℥. i. ramich. ℥. iiij. ⁊ in corporenť
bene ſumať de eo ſepe in ore.

¶ Jtē loco ipius est ɔueniens hoc aliud ele
ctuariū. ℞. dragagāti. gumiarabici. sanguis
dracōis. boliarmeni. rosaꝝ amidi spodij aā.
ʒ. iiij. sedenigi loti. se. plantagis. papauerꝭ. al.
mumie acacie ypoqstidos aā. ʒ. ij. penidiaꝝ
ʒ. iij. cōfice cum syrupo mirtino ⁊ syrupo ro
sato facto cum decoctione rosaꝝ siccarū aā.
quātuꝫ sufficit. Et ista puto cum dei auxilio
sibi sufficere.

¶ De egritudinibus stomachi.

IN cura antiqui doloris stoma
chi istius venerabilis monialis
cū quo cōmiscetur vomitꝰ rei ni
gre fere omni die. ⁊ qui quādoqꝫ accidit post
cibū quādoqꝫ ꝑuo interueniēte tempore quā
doqꝫ satis multo. ⁊ cū quo sunt multe vētosi
tates ⁊ vomitus cibi fere omni die pluries ⁊
durauit plusqꝫ duobus annis. licet ipsa dña
nō sit macrefacta nec mali coloris multꝭ. optꝫ
ꝑmo dietam ordiare. ¶ Habitet in aere ca
lido ad siccitatem tendēte ita qꝫ stet in came
ra in hyeme in solari posita ⁊ cum igne. ⁊ ca
ueat frigus stomachi ⁊ accubitus resupinum
⁊ frigus extremitatum. ¶ Et ieiuno stoma
cho exerceat ita vt calefiat si potest. si autem
nō potest faciat sibi fricari totum corpus ma
xime ipsa stāte erecta ⁊ ad iguem ne īfrigide
tur. ⁊ ꝑmo fricentur crura trahēdo deorsum
postea coxe. postea nates ⁊ spatulas. postea
brachia. Postea pectus. postea stomachus
bene fricetur fortiter ut calefiat. post cibum
vero pauset semisedendo aut sedendo ⁊ dor
miat bene cooperta. ⁊ superioribus bene ele
uatis. ¶ Et omni die habeat beneficiū ven
tris saltem semel ⁊ si nā nō respōdet faciat cli
stere cū decoctiōe camomille semis aneti. ⁊ ci
mini ⁊ carui ⁊ ameos. ⁊ postea addat yere
pigre. ℥. i. electuarij de baccis lauri. ℥. 5. olei
rutacei vel anetini. ℥. iij. salis. ʒ. iij.

¶ Et vitet melancoliā ⁊ tristiciā quantū pōt
⁊ accidiam ⁊ solitudiēm ⁊ stet cū dilectis.

¶ Jn cibis sumat panē ex optima faria bñ
tamen ⁊ multū fermentatū ⁊ multū coctū sed
dimittat cortices ⁊ sit bene salitū minuti fur
furis parū habēs nō nimis durū nec calidus
a furno. ¶ Et carnes sumat leues sicut pullo
rum iuuenilū ⁊ edoꝝ ⁊ castratoꝝ vnꝰ anni
⁊ vituloꝝ ꝑuoꝝ lactentiū ⁊ auicularū ⁊ me
liores sūt frixe ⁊ comedant cum aromatibꝰ
ut pipato uel alio sapore habēte piper ⁊ aro
mata ⁊ dimittat omēs alias carnes. ⁊ si vult
elixas sint elixe cū pipere. ⁊ silr assas si vult
comedat cum saporibus dictis.

¶ Uitelli ouorū gallinarum recentiū paruꝫ
cocti ⁊ sumpti cum pipe sunt boni siue frixi si
ue assi ⁊ gallorū testiculi. ¶ Sanguieꝫ caseū
⁊ lac debet oīno dimittere. ¶ Pisces vitādi
sūt nisi ꝑui ď libero mari nō de stagno aut de
fluuio petroso. ⁊ oīno sint ꝑui habētes squa
mas boni odoris. ⁊ saporꝭ. ⁊ comedāt frixi ⁊
parati cum aromatibus. ⁊ calidi nō frigidi.
⁊ alij vitentur. ¶ Legumina ⁊ grana pro fer
culis sunt vitāda. si tamen vtat ferculis sint
de mica panis aut vitellis ouorum remoto al
bumine aut de carnibus pistatis aut incisis.
aut de qbusdam istoꝝ simul. ⁊ pōt cum illis
ponere parū de herbis odoriferis ⁊ ꝑ sapore
paꝝ aceti aut agreste ⁊ nō ꝑtermittant aro
mata in ferculis.

¶ Et vitet pastillos ⁊ laganas ⁊ omīa victu
alia de pasta tali modo facta.

¶ Herbas crudas ōnino vitet si tamē vult
eis vti sint odorifere sicut origanum ysopus
menta maiorana ruta calamentū serpillū sal
uia ⁊ similes que sunt cocte. sed caules ⁊ bli
te ⁊ similes dimittantur potest etiam vti bo
ragine buglossa mellissa ⁊ betonica cū ꝑdictis
in ferculis vt dicit.

¶ Radices sicut raffanus ⁊ rape ⁊ napones
⁊ similes dimittantur. potest tamen vti alleo
crudo ⁊ decoctione ipsius non dico ipo cocto
sed decoctione in ferculis suis qñ ea comede
ret sicut potest ⁊ vti decoctione ceparū ⁊ por
rorum sed sbam eoꝝ dimittat.

¶ Fructus humidos dimittat minus tamen
sunt male ficus tam recentes qꝫ sicce bene ma
ture ⁊ passule ⁊ fistici grana pini ⁊ grana iu
niperi. sed castaneas ⁊ amigdalas dimittat

nisi amigdale eē̄nt cū multo zucharo ꝛ aro matibus bene masticate. ¶ Fongus ꝛ tubera dimittat oīo. ¶ Pro salatitio pōt capes sumere. v. vel. vi. conditos cum pipe ꝛ aceto ꝛ sabba. ꝛ potest vti carotto cocto ꝛ condito cū aceto ꝛ pipe sed paꝝ sumat ꝑ vice.

¶ Comedat paꝝ ꝑ vice ꝙ sit magis de carnibus aut vitellis ouorum ꝛ paꝝ panis ꝛ illud sit calidum ꝛ si potest ꝑ tunc non bibat nisi suggendo parum ad siccitatem ꝛ nimiā sitū ꝯpescendā ꝛ post expectet quousq̧ sentit cibum de stomaco descendisse. ꝛ tunc bibat ciffum vnū vini antiqui potentis non mixti cum aq̄ sicut est razesium ꝛ marua de cipro ꝛ corsicum antiquum ꝛ maluaticum ꝛ vinū de thiro. ꝛ tribiatium. ꝛ alia vina. ꝛ rubeum antiquum. potens est etiam bonum. ꝛ loco vini claretum factum cū aromatibus ꝛ melle ꝛ ꝯditū de citro descriptione Mesue sunt valde laudabilia ꝛ non bibat aquā frigidā nec multū. ¶ Et q̄r paꝝ ꝑ vice comedit oportet sepius comedere ꝑm quātitatem eius ꝙ recipit ꝑ vice ꝛ sit tamē tota q̄ntitas minor quā in sanitate. ꝛ non comedat scd̄m cibum dum sentit primum in stomacho.

¶ Et semper āte cibū comedat de melle cocto ꝛ despumato quātitatem castanee statim āte cibos alios. ¶ Et quia sibi nō sufficit bonū regimē nisi vtatur medicinis sequitur id quod est secundum ꝙ vtatur medicinis digerentibus ꝛ post euacuantibus ꝛ post cōfortantibus ꝑm modum qui dicet̄ infra.

